IR GILIVS MARO parentib⁹ modicis fuit: & p̄cipue patre Marone: quē quidā opi ficem figulū: plures magi cuiusdā viatoris initio mercenariū: mox ob industria generum tradiderūt: quē cū agriculationi reiq; rusticæ & gregib⁹ p̄feciſſet ſocer ſiluis cœmundis: & apibus curādis regulā auxit. Natus eſt. CN. Pompeo magno & M. Licinio Craſſo primum cōſ. Iduum octobriū die in pago qui andes dicit: qui ē a mantua nō ꝓcul. Pregnās eo mater Maia ſomniauit enixē ſe laureū ramū: quē contacta terra confeſtim cerneret coaluiſſe & excreuiſſe ilico in ſpēm mature arboris refertæ variis pomis & floribus ac ſequenti luce cū marito rus ꝓpinquum petens ex itinere diuertit: atq; in ſubiecta foſſa partu leuata eſt. Ferunt infantē vt fuit editus nec euagiſſe: & adeo miti vultu fuiſſe: vt aut dubiā ſpem poſteriori s geniture iam tum indicaret. Et acceſſit aliud præſagium. Siquidē virga populea more regionis in puerperiis eodē ſtati loco depacta ita breui coaluit: vt multo ante ſatas populos adæquaſſet. Quæ arbor Verg. ex eo dicta atq; cōſecrata ē ſumma grauidarū & fetarū religione ſuſcipientiū ibi & ſoluentiū vota. Initia etatis. i. vſq; ad ſeptimū annum cremonæ egit: &. xvii. anno virilē togā cœpit: illis conſulibus iterū quib⁹ natus erat. Euenitq; vt eo ipſo die Lucretius poeta decederet: ſed Vergilius a cremona mediolanū: & inde paulopoſt neapolim trā ſiit: vbi cū litteris & græcis & latinis vehementiſſimā operā dediſſet: tandē omni cura oiq; ſtudio indulſit medicinæ & mathematicis. Quibus rebus cū ante alios eruditior peritiorq; eēt ſe in vrbem cōtulit. Statimq; magiſtri ſtabuli equor⁹ Auguſti amicitiā nactus: multos varioſq; morbos incidētes equis curauit At ille Auguſtus in mercedem ſingulis diebus panes Vergilio vt vni ex ſtabulariis dari iuſſit. Interea a Crotoniatis pullus equi mire pulchritudinis Cæſari dono fuit miſſus qui oīm iudicio ſpē portendebat virtutis & celeritatis immenſe. Hunc cū aſpexiſſet Maro magiſtro ſtabuli dixit natū eſſe ex morboſa eq̄ & nec viri⁹ valiturū. nec celeritate: Idq; verū fuiſſe inuentū eſt: qđ cū magiſter ſtabuli Auguſto recitaſſet duplicari ipſi in mercedē panes iuſſit. Cū itē ex biſpania auguſto canes dono mitterent & parentes eor⁹ dixit. Vergilius & animū celeritatēq; futurā. Quo cognito mandat iterum augmentari Vergilio panes Dubitauit auguſtus Octaui ne filius eſſet an alterius: idq; maronē aperire poſſe arbitratus eſt quia canū & equi naturā parenteſq; cognorat. Amotis igit̄ omnibus arbitris illū in penitiorē partē domus vocat & ſolū rogat an ſciat quiſnā eēt: & quā ad fœlicitādos boies facultatē haberet. Noui inquit Maro te Cæſarem auguſtū: & ferme equā cū diis immortalibus poteſtatē habere: vt quēuis fœlicē facias. Eo aio ſum rīdit Cæſar vt ſi verū ꝓrogatu, dixeris: beatū te fœlicēq; reddā. Vtinā ait maro interroganti tibi vera dicere queā. Tunc Auguſtus: putant alii me natū Octauio quidā ſuſpicant̄ alio me genitū viro. maro ſubridens facile inquit ſi impune licenterq; q̄ ſentio loqui iubes id dicā. Affirmat Cæſar iureiurando nullum eius dictū ægere laturū: imo nō niſi donatū ab eo diſceſſurū. Ad hæc oculos oculis auguſti infigens maro facilius ait in cæteris aialibus qualitates parentū mathematicis & philoſophia cognoſci pñt in homine nequaquā poſſibile eſt: ſed de te cōiecturā habeo ſimilē veri: vt qd exercuerit pater tuus ſcire poſſim Attente expectabat Auguſtus quidnā diceret. At ille quantū ego rem intelligere poſſum: piſtoris fili⁹ es inquit. Obſtupuerat Cæſar: & ſtatim quo id pacto fieri potuerit: aio voluebat. Interrūpēs Vergilius audi inquit quo pacto id coniicio. Cū quædā enunciari p̄dixerimq; q̄ intelligi ſciriq; nō niſi ab eruditiſſimis ſummiſq; viris potuiſſent. Tu princeps orbis item & itē panes in mercedē dari iuſſiſti: quod quidē aut piſtoris aut nati piſtore officiū erat. At deinceps inqt Cæſar. Nō a piſtore ſed a rege magnanimo dona feres. Placuit Cæſari facetia illūq; plurimi fecit: & pollioni cōmendauit. Corpore & ſtatura fuit grandi aquilino colore facie ruſticana: valitudine varia. Nā plerūq; ab ſtomacho & faucib⁹ ac dolore capitis laborabat: ſanguinē etiā ſæpius eiecit: cibi viniq; minimi. Eama ē eū libidinis ꝓnioris in pueros fuiſſe: ſed bonitāta eū pueros amaſſe putauerūt: vt Socrates Alcibiadē: & plato ſuos pueros. Verū inter oēs maxime dilexit Cebetē & Alexandrū: quē ſecunda bucolicor⁹ ægloga Alexim appellat donatum ſibi ab Aſinio Pollione vtrūq; nō ineruditū dimiſit. Nā Alexandrū grāmaticū. Cebetē vero & poetā Vulgatū eſt conſueuiſſe eū cum Plotia Hieria. ſed Aſconius pedianus affirmat ipm poſtea maioribus natu narrare ſolitū inuitatū quidē ſe a Varro ad cōmunionē mulieris: verū ptinaciſſime recuſaſſe: cætera ſane vita & ore & aio tā ꝓbum fuiſſe cōſtat vt neapoli ptbenias appellaret̄ vulgo. Ac ſi qñ romæ quo rariſſime cōmeabat viſeret̄: in publico ſectantes demōſtranteſq; ſe ſubterfugeret in ꝓximū tectū. Bona āt cuiusdā exulantis offerente Auguſto nō ſuſtinuit accipere. Poſſedit ꝓpe ceties ſexterciū ex liberalitatib⁹ amicor⁹: habuitq; domū romæ in æſquiliis iuxta hortos Mecœnatis: q̄q; ſeceſſu cāpaniæ ſiciliæq; plurimū vteret̄. Quæcunq; ab auguſto peteret repulſam nunq; habuit: Parentib⁹ quot annis aurū ad abundantē alitū mittebat: quos iā grandis amiſit ex quib⁹ patrē oculis captū & duos fratres germanos Silonē impuberem. Flaccū iam adultū: cui⁹ exitū ſub noīe Daphnidis deflet. Inter cætera ſtudia: vt ſupra diximus medicinæ quoq; ac maxime mathematicæ operā dedit. Aegit & cām vnā oīno nec amplius q̄q; ſemel. Sermone tardiſſimū ac pene indocto ſimilem fuiſſe Meliſius tradidit.

Poeticam puer adhuc auſpicatus in baliſtā ludi mgrīn ob inſaniā latrocinior⁹ cooptū lapidib⁹ diſtichon fecit. Monte ſub hoc lapidū tegit̄ baliſta ſepult⁹: nocte dieq; tutū carpe viator iter: deinde Catalecton & Moretū: & priapeiā: & Epigrāmata: & Diras & Culicē cū eēt annor⁹. xxv. cui⁹ materia talis ē. Paſtor fatigatus æſtu cū ſub arbore obdormiſſet & ſerpēs ad illū ꝓpereret: e palude culex ꝓuolauit: atq; inter duo tempora aculeum fixit paſtori. At ille continuo culicē contriuit: & viſam ſerpentem interemit: ac ſepulchrum culici ſtatuit: & diſtichon fecit. Parue culex pecudum cuſtos tibi tale merenti. Funeris officium vite ꝓ munere reddit. Scripſit etiā de qua ambigit̄ ætnam: & mox cū rex romanas inchoaſſet offenſus

materia & nominũ aſperitate ad bucolica tranſit maxime vt Aſiniũ Pollionẽ Alphenũ Varrũ: & Cornelium gallum celebraret: quia in diſtributione agrorũ qui poſt philippenſem victoriã veteranis triũ virorũ iuſſu trans padũ diuidebant̃: indẽnem ſe preſtitiſſent: deinde georgica in honorẽ Mecœnatis edidit. cum ſibi vix dũ noto opem tuliſſent aduerſus Claudii veterani milites: vel vt alii putãt Arii cẽturionis violentiã a quo in altercatione litis agrariæ parũ abfuit quin occideret̃. Notiſſime aũt æneidem aggreſſus eſt. Argumentũ variũ & multiplex & quaſi amborũ homeri carminũ inſtar. Præterea noĩbus ac rebus græcis latiniſq; cõmune: & in quo qd maxime ſtudebat romanæ ſimul vrbis & Auguſti origo cõtineret̃. Cum georgica ſcriberet: tradit̃ quotidie mediatos mane plurimos verſus dictare ſolitũ: ac p totum diẽ retractãdo ad pauciſſimos redigere nõ abſurde tamẽ ſe vrſæ more parere dicẽs: & lãbendo demum effingere. Aeneida ꝓſaica prius orone formatã digeſtãq; in duodecim libros ꝓticulatim cõponere inſtituit: vt quidã tradũt. Alii eius ſnie ſunt: vt exiſtimẽt eum ſi diutius vixiſſet quattuor &. xx. libros vſq; Auguſti tpa ſcripturũ: atq; alia quidẽ ꝓcurſurũ. Auguſti vero geſta diligentiſſime executurũ: qppe qui cũ ſcriberet: ne quid impetũ moraret̃: quedã impfecta reliquit. Alia leuiſſimis verſibus ſcripſit: quos p iocum p tigillis vel tibicinib⁹ interponi a ſe dicebat ad ſuſtinendũ opus: donec ſolidæ colomne aduenirent. Bucolica triennio Aſinii Pollionis ſuaſu pfecit. Hic trans padũ ꝓuinciã regebat: cui⁹ fauore cũ veteranis Auguſti militibus cremonenſiũ & mantuanorũ agri diſtribuerẽt̃: ſuos Vergilius nõ amiſit. Facta em̃ diſtributione ſuos Claudio ſeu Atrio datos recuperauit. Hunc pollionẽ maxime amauit Maro: & ab eo magna munera tulit. Quippe qui imitatus ad cœnã captus pulchritudine & diligẽtia Alexandri pollionis pueri eum dono accepit. Huius pollionis filiũ. Caſinium. Cornelium. Gallum oratorẽ clarum & poetam non mediocrem miro amore dilexit Vergilius. Is tranſtulit Eupborionẽ in latinum & libris quattuor amores ſuos de Cytheride ſcripſit. Hic primo in amicicia Cæſaris Auguſti fuit: poſtea in ſuſpitionẽ coniurationis contra illũ ductus occiſus eſt. Verum vſq; adeo hunc Gallum Vergilius amarat: vt quartus georgicorũ a medio vſq; ad finẽ eius laudẽ cõtineret: quẽ poſtea iubente Auguſto in ariſtæi fabulam comutauit. Georgica ſeptẽnio Neapoli. Aeneida partim in ſicilia: partim in campania. xi. annis confecit. Bucolica eo ſucceſſu edit: vt in ſæna quoq; per cantores crebra ꝓnunciatione recitarent̃. At cũ Cycero quoſdã verſus audiſſet & ſtatim acri iudicio intellexiſſet nõ cõmuni venã editos iuſſit ab initio totã æglogã recitari. quã cum accurate pnotaſſet in fine ait. Magnæ ſpes altera romæ: quaſi ipe lingue latine ſpes prima fuiſſet: & Maro futurus eẽt ſecunda: quæ verba poſtea æneidi ipſe inſeruit. Georgica reuerſa ab actiaca Auguſto atq; reficiendarũ virũ cauſa Attelle cõmoranti p cõtinuũ quadriduũ legit ſuſcipiente Mecœnate legendi vicẽ: quotiẽs interpellaret̃ ipſe vocis offenſione. Pronũciauit aũt maxima cũ ſuauitate & lenociniis miris. Sæneca tradidit Juliũ Montanũ ſolitũ dicere inuolaturũ ſe quedã Vergilio: ſi & vocẽ poſſet & os & hypocriſim. Eoſdẽ em̃ verſus eo ꝓnunciante bene ſonare. ſine illo inareſcere quaſi mutos. Aeneidos vix dũ cœptæ tanta exitit fama vt ſextus Põpeius non dubitarit ſic prædicare. Credite romani ſcriptores cedite graii. Neſcio quis maius naſcit̃ iliade. Auguſtus vero cũ iã forte expeditione cantabria abeſſet: et ſupplicibus atq; minacibus p iocum litteris efflagitaret: vt ſibi de æneide vt ipſius verba ſunt: vt prima carminis hypographa vel quodlibet conlon mitteret negauit ſe facturũ Vergilius. Cui tñ multo poſt pfecta demũ materia tris omnino libros recitauit: ſecundũ videlicet quartum: & ſextum. Sed hunc præcipue ob Octauiam quæ cum recitationi intereſſet ad illos de filio ſuo verſus. Tu marcellus eris: defeciſſe fertur: atq; egre refocillata dena ſextercia p ſingulo verſu Vergilio dari iuſſit Recitauit & pluribus: ſed neq; frequẽter & ferme illa de quib⁹ ambigebat quo magis iudiciũ hominum experiret̃. Erotem librariũ & libertũ eius exacte iã ſenectutis tradunt referre ſolitũ quondã in recitando eũ duos dimidiatos verſus cõpleſſe ex tempore. Mſenũ æolidẽ adieciſſe: quo nõ præſtantior alter. Itẽ huic Aere ciete viros ſimili calore iactatum ſubiunxiſſe. martẽq; accendere cantu. Statimq; ſibi impaſſe: vt vtrumq; volumini aſcriberet.

Bucolica Georgicaq; emẽdauit. Anno vero. lii. vt vltimã manũ æneidi ipõneret ſtatuit in græciã & aſiã ſecedere triennioq; cõtinuo oẽm operã limitationi dare: vt in reliqua vita tantum philoſophie vacaret. Sed cũ aggreſſus iter athenis occurriſſet Auguſto ab oriẽte romã reuertenti: vna cũ Cæſare redire deſtinauit. At cũ Megara vicinũ athenis opidũ viſendi gratia peteret: langorẽ nactus eſt: quẽ non intermiſſa nauigatio auxit. Ita vt grauior indies tandẽ Brunduſiũ aduentarit: vbi die⁹ paucis obiit. x. kal'. octob. CN. Plantio. Q. Lucretio cõſulibus qui cũ grauari morbo ſeſe ſentiret: ſcrinia ſæpe & magna inſtãtia petiuit crematurus æneida: quib⁹ negatis teſtamẽto cõburi iuſſit. vt rẽ inemendatã impfectãq;. Verũ Tuca & Varrus monuerũt id Auguſtũ nõ pmiſſurũ. Tunc eidẽ Varro ac ſimul Tuccæ ſcripta ſub ea conditione legauit: ne qd ederẽt qd a ſe editũ n eẽt: & verſus etiã impfectos: ſi qui erãt relinquerẽt. Voluit etiã eius oſſa Neapolim tranſferri vbi diu & ſuauiſſime vixerat: ac extrema valitudie boc ipe ſibi epitaphiũ fecit diſtichon. Tranſlata igitur iuſſu Auguſti eius oſſa ꝓut ſtatuerat Neapolim fuere: ſepultaq; via puteolana intra lapidẽ ſcdm: ſuoq; ſepulchro id diſtichon: qd fecerat inſcriptũ eſt. Mantua me genuit: calabri rapuere. tenet nunc Parthenope: cecini paſcua: rura duces.

Hæredes fecit ex dimidia parte Valeriũ ꝓculũ fratrẽ ex alio patre: ex quarta Auguſtũ ex. xii. Mecœna ex reliqua. L. Varrũ & plocium Tuccã: qui eius æneidẽ poſt obitũ: ꝓut petiuerat iuſſu Cæſaris emẽdarunt. Nam nullius oĩno ſnia crematu æneis digna viſa fuit: de qua re Sulpitii carthaginenſis extant buſcemodi verſus. Juſſerat bæc rapidis aboleri carmina flãmis Vergilius. pbrygũ quæ cecinere ducem. Tuccauerat: variiſq; ſimul: tu maxime Cæſar non ſinis: & latiæ conſulis byſtoriæ. Infœlix gemino cecidit prope pergamos igni. & pene eſt aliotroia cremata rogo. Extant & Auguſti de ipſa eadẽ reuerſus plures &

plures & dariſſimi: quoꝝ initiū ita eſt. Ergo ne ſupmis potuit vox improba verbis Tam dirū mandarē
nefas: ergo ibit in ignis. Magnaq; doctiloqui morietē muſa maronis. Et paulo poſt. ſed legū ſeruanda
fides: ſupma voluntas Quod mandat: fieriq; iubet: parere neceſſe eſt. Frangatē potius legum veneranda
poteſtas. Quā tot congeſtos noctesq; dieſq; labores Hauſerit vna dies. Et quæ ſequuntē. Nihil igitē au-
ctore Auguſto Varrus edidit: quod & Maro p̄ceperat: ſed ſummatim emendauit: vt qui verſus etiam
imperfectos ſi qui erant reliquit. Hos multi mox ſupplere conati nō pinde valuerunt ob difficultatē: qđ
omnia fere apud eum bemiſtichia præter illud Quē tibi iam troia peperit ſenſum videntē habere perfe-
ctum. Niſius grammaticus audiſſe ſe a ſenioribus dicebat Varrum duoꝝ librorum ordinē cōmutaſſe:
& qui tum ſecundus erat in tertium locum tranſtuliſſe: etiam primi libri correxiſſe principium bis dem
ptis verſibus: ille ego qui quondā gracili modulatus auena carmen & egreſſus ſiluis vicina coegi: vt q̄-
uis auido parerent arua colono Gratum opus agricolis at nunc horrentia martis arma virumq; cano.
Nec Vergilius qui columen linguæ latine fuit caruit obtrectatoribus. In bucolicis enim duas æglogas
ſed inſulſiſſime Paro quidam deridet: & ſic deridendo incipit.
Tityre ſi toga calda tibi eſt: quo tegmine fagi. Sequentis. Dic mihi Damœta cuium pecus: an ne lati-
num. Non verum ægonis noſtri ſic rure loquuntē. Alius recitāte eo ex georgicis. Nudus ara ſere nud⁹
ſubiecit babebis frigora febrem. Eſt & aduerſus æneida liber Carbilii pictoris titulo ænei domaſtix. M.
Vipranius eū a Mecœnate ſuppoſitum appellabat noue cacozelliæ repertorem neq; tumidū neq; exilē:
ſed cōmunibus verbis opus illud confeciſſe. Herennius vitia eius tantū contraxit. Perilius Fauſtinus
furta. Sunt & Quinti Octaui Auiti volumina: quibus annotantē quos & vnde verſus trāſtulerit Aſco-
nius pedianus libro quē contra obtrectatores Vergilii ſcripſit pauca admodū ei obiecta ꝓponit: & po-
tiſſimum quod nō recte byſtoriā contexuit: & quod pleraq; ab Homero ſumpſit: ſed hoc crimen ſic de-
fendere aſſuetum ait. Cur nō illi quoq; eadem furta tentarent. Verum intellecturos facilius eē Herculi
dauam q̄ Homero verſum ſurripere: & tamē deſtinaſſe ſecedere vt omnia ad ſacietatē maliuolorum de-
cideret. Refert etiam Pedianus benignū cultoremq; omnium bonorum: atq; eruditorum fuiſſe: & vſq;
adeo inuidia expertem fuiſſe: vt ſi quid erudite dictum inſpiceret alterius. non minus gauderet: ac ſi ſuū
fuiſſet: neminē vituperare: laudare bonos: ea humanitate eſſe: vt niſi p verſus maxime quiſq; illum non
diligeret modo: ſed amaret Nil proprii habere videbatē. Eius bibliotheca nō minus aliis doctis patebat
ac ſibi. Illudq; Euripidis antiquum vſurpabat Τὰ τῶν φίλων κοινά. Communia amicorum eē om-
nia. Quare coœuos omnes poetas ita adiunctos habuit: vt cum inter ſe plurimū inuidia arderent: illum
vna omnes colerent Varrus Tucca. Horatius: Gallus: Propertius. Anſer vero quoniam Antonii par-
tes ſecutus eſt: illum nō obſeruaſſe diciē. Cornificius ob peruerſam naturam illum nō tulit Glorie vero
adeo contēptor fuit: vt cum quidā verſus quoſdā ſibi adſcriberent: eaq; re docti baberentē non mō ægre
nō ferebat: immo voluptuoſum id erat. Cum em̄ diſtichon quod laudem fœlicitatēq; Auguſti contine-
bat feciſſet. valuiſq; nō nominato auctore infixiſſet: id erat buiuſmodi.
Nocte pluit tota: redeunt ſpectacula mane.
Diuiſum imperiū cū ioue Cæſar habet. Diu quæritans Auguſtus cuiuſnā bi verſus eſſent: eoꝝ aucto
rem nō inueniebat: Bactillus vero poeta quidā mediocris tacentibus aliis ſibi adſcripſit. Quāobrē do-
natus bonoratuſq; a Cæſare fuit: qđ æquo animo nō ferens Vergili⁹ iiſdē valuis affixit quater hoc prin-
cipium ſic vos nō vobis Poſtulabat Auguſtus vt bi verſus cōplerentē: qđ cum fruſtra aliqui conati eēnt
Vergilius p̄poſito diſtichon ſic ſubiunxit. Hos ego verſiculos feci tulit alter honores. Sic vos nō vobis
nidificatis aues. Sic vos nō vobis vellera fertis oues. Sic vos nō vobis mellificatis apes. Sic vos nō vo-
bis fertis aratra boues. Quo cognito aliquādiu Bathylus romæ fabula fuit. Maro vero exaltatior. Cum
is aliqn̄ Enniū in manu baberet. rogaretq; quidnā faceret. Reſpondit ſe aurū colligere de ſtercore Enniī
Habet enim poeta ille ægregias ſententias ſub verbis non multum ornatas. Interrogāti Auguſto quo
pacto ciuitas fœliciter gubernareē. Si prudentiores inquit temonē tenuerint: & boni malis præponantē
Itaq; optimi ſuos babeant bonores. nulli tamen aliorum iniuſti quicquā fiat. at Mecœnas quid inquit
Vergilii ſatietatem homini non affert: Omnium rerum reſpondit: aut ſimilitudo: aut multitudo ſtoma-
chon facit præter intelligere. Item interrogauit quo pacto quis altam fœlicemq; eius fortunam ſeruare
poteſt. Cui Maro. Si quantū bonore ac diuitiis aliis præſtantior ſit: tanto libertate & iuſticia alios ſupa-
re nitatur: Solitus erat dicere nullam virtutem commodiorem homini eſſe patientia ac nullam aſperam
adeo eē fortunā quam prudenter patiendo vir fortis nō vincat. Quam ſententiā in quinto æneidos inſe
ruit. Nate dea quo fata trabunt retrabuntq; ſequamur. Quicquid erit ſuperanda omnis fortuna ferēdo
eſt. Cum quidā eius amicus Cornificii in eum maledicta: & inimicitias ſibi enarraret. Quā putas inquit
eē buiuſce rei maliuolētie cām. Nā neq; vnq; Cornificiū offendi & eū amo: an inqt Heſiodi ſnie nō me-
miniſti vbi ait. Architectū architecto iuidere: & poetā poetæ. De malis inqt græcus ille intellexit. Nam
boni eruditiores amāt. Sed magna cū mea laude & glia vindictā in manu babeo. Maiore em̄ cura vtuti
intendā atq; quo elegantior ego fiā: eo magis inuidia rūpetē. Erat Auguſto familiaris Filiſt⁹ qdā orator
& poeſim mediocriter doctus: cui multiplex variū ingeniū erat qui oim omnia dicta reprehendere co-
nabatur: nō vt verum dignoſceret: quod Socrates facere conſueuit: ſed vt eruditior videretur. hic Ver-
gilium vbicunq; conuenire dabatur maledictis ſalibuſq; vexabat. Quare ille ſæpe aut tacibundus diſce-
debat: aut ſuffuſus pudore tacebat. Verum cum Auguſto audiente e linguem illum diceret: & cauſam
etiam ſuā ſi linguā haberet: defendere nequiret. Tace inquit rabula. Nam hæc mea taciturnitas defenſor

cauſaꝝ meaꝝ Auguſtū fecit: & Mecœnatā: & ea tuba cū volo loquor: q̄ vbiq̄ & diutiſſime audiet. Tu loquacitate no modo aures boim: ſed muros rumpis. Auguſtus vero Filiſtum graui vultu increpauit. Tunc Maro ſi tēpus Cæſar inquit tacendi hic ſciret: raro loqueret. Tacendū em̄ ſemp eſt: niſi cū taciturnitas tibi noceat: aut oratio aliis proſit. Nā qui contendit: & cōtentionis finis vtilis ſit non nouit ſtultis illum annumerandū ſapientes putant. Poſteaq̄ Auguſtus ſumma rerum omniū potitus eſt. venit i mentem an conduceret tyrannidē committere: & omnē poteſtatem annuis conſulibus & ſenatui rempu. reddere: in qua re diuerſæ ſententiæ conſultos habuit Mœcenatem & Agrippam. Agrippa em̄ vtile ſibi fore etiā ſi honeſtum non eſſet relinquere tyrannidē longa oratione contendit: quod Mœcenas deortari magnopere conabatur: quare auguſti animus & hinc ferebat & illinc. Erant em̄ diuerſæ ſententiæ variis rationibus firmatæ. Rogauit igitur Maronē an conferat priuato homini ſe in ſua repu. tyrannum facere. Tum ille omnibus ferme inquit rempu. occupantibus moleſta ipſa tyrannis fuit & ciuibus: qui neceſſe erat ꝓpter odia ſubditoꝝ: aut eorum iniuſticiam magna ſuſpitione: magnoq̄ timore viuere. Sed ſi ciues iuſtum aliquē ſcirent: quem amarent plurimum: ciuitati id vtile foret: ſi in eo vno omnis poteſtas eſſet. Quare ſi iuſticiam: quod modo facis omnibus: in futurum nulla hominū facta compoſitione diſtribues dominari te & tibi conducet & orbi. Beniuolentiam enim omnium habes: vt deum te & adorent & credant. Eius ſententiam ſecutus Cæſar principatum tenuit. Audiuit a Silone præcepta Epicuri cuius doctrine ſociū habuit Varrum: quāuis diuerſoꝝ philoſophorum opiniones libris ſuis inſeruiſſe de animo maxime videatur: ipſe tamen fuit academicus. Nam platonis ſententias omnibus aliis pretulit. Nūc quoniam de auctore ſummatim diximus: de ipſo iam carmine dicendū videtur: quod biſariā tractari ſolet: hoc eſt & ante opus & in ipſo opere. Ante opus titulus cauſam intentio. Titulus in quo queriē cuius ſit: & quare hoc potiſſimū ſibi aſcribendum poeta p̄ſumpſerit. Intentio in qua cognoſcit quid eſſi cere conet poeta. In ipſo opere ſane tria ſpectant. Numerus: ordo: explanatio. Quāuis igitur multa Varrus edidit ꝑ ſua: & alia huiuſcemodi: tamē bucolica liquido. Vergilii eſſe minime dubitandum eſt. præſertim cum ipſe poeta tanq̄ hoc metuens principiū huius operis & in principio æne. & in alio carmine ſuum eſſe teſtatus ſit ſic dicens. Ille ego qui quondam gracili modulatus auena: & reliqua. Et carmina qui luſi paſtorum audaxq̄ iuuenta. Titere te patulæ cecini ſub tegmine fagi. Bucolica autē & dici & recte appellari: vel hoc ſolum indiciū ſuffecerat: quod hoc eodē nomine apud Theocritum cenſeatur. Verum ratio quoq̄ demonſtranda eſt. Tria ſunt paſtorum genera: quæ dignitatem in bucolicis habent: quoꝝ qui minimi ſunt αἰπόλοι dicunt a græcis: idem a nobis caprarii. Paulo honoratiores qui ποίμενες. i. opiliones dicunt honeſtiſſimi: & maximi βουκόλοι: quos bubulcos dicimus. Vnde igitur magis decuit paſtorali carmini nomē imponi: quā ab eo gradu qui apud paſtores excellentiſſimus inuenit. Cauſa dupliciter inſpici ſolet ab origine carminis: & a voluntate ſcribentis Originē autem bucolici carminis alii ob aliā cauſā ferunt. Sunt em̄ qui a lacædemoniis paſtoribus dianæ primū carmen hoc redditum dicant: cum eidem deæ ꝓpter bellum quod toti græciæ illo tēpore Perſæ inferebant exhiberi per virgines de more ſacra nō poſſent. Alii ab Oreſte circa ciciliam vago id genus carminis Dianæ redditū loquunt̄ p ipſum atq̄ paſtores: quo tēpore de ſythia cum pylade fugerat ſurrepto numinis ſimulacro & lato in faſce lignoꝝ: vnde faſcelidē dianā phibent nuncupatā apud cuius aras Oreſtes per ſacerdotē eiuſdē numinis iphigeniā ſororē ſuā a parricidio fuerat expiatus. Alii apollini Nomio paſtorali. ſ. deo qua tēpeſtate Admeti boues pauerat. Alii libero nympharū. ſ. & ſatyrorum: & id genus numinū principii; quibus placet ruſticū carmen. Alii mercurio Daphnidis patri paſtorū omniū principi: & apud Theocritū: & apud hunc ipſum poetam. Alii in honorem Panos ſcribi putāt peculiariter paſtoralis dei. Item Seleni: Siluani atq̄ Faunoꝝ. Quæ cum omnia dicant̄: illud erit ꝓbatiſſimū bucolicū carmen originem ducere a priſcis temporibus: quibus vita paſtoralis exercita erat. Et ideo veluti aurei ſæculi ſpeciem in huiuſmodi perſonarū ſimplicitate cognoſci & merito. Vergilium proceſſurum ad alia carmina non aliunde cœpiſſe: niſi ab ea vita: quæ prima in terris fuit. Nam poſtea rura culta: & ad poſtremum pro cultis & feracibus terris bella ſuſcepta: quod videtur Vergilius in ipſo ordine operum ſuorū voluiſſe monſtrare cum paſtores primo: deinde agricolas: & ad vltimū bellatores. Reſtat vt quæ cauſa voluntatem attulerit poetæ bucolica potiſſimum ſcribendi conſideremus. Aut em̄ dulcedine carminis Theocriti: & admiratione eius illectus eſt: aut ordinem temporꝝ eſt ſecutus erga vitā humanā: vt ſupra diximꝰ. Aut tris modos elocutionū: quos χαρακτῆρας græci vocāt ἰσχνὸν: qui tenuis ἁδρὸν qui validus μέσον qui moderatus intelligitur. credibile erat Vergilium qui in omni genere præualuit bucolica primum: georgica ſecundum: æneida tertium voluiſſe conſcribere. Aut ideo potius primo bucolica ſcripſit: vt in eiuſmodi carmine: quod & paulo liberius & magis validum cæteris eſt: facultatem habere captandæ Cæſaris indulgentiæ: repetendiq̄ agri quem amiſerat. Ob hanc cauſam die tertio iduum martiarum. C. Cæſare interfecto: cum Auguſtum Cæſarem pene puerum veterani milites non abnuente ſenatu ſibi ducem conſtituiſſent. Exorto ciuili bello cremonenſes cum cæteris eiuſdem ſtudii aduerſarios auguſti Cæſaris adinuenerunt. Vnde factū eſt: vt cum victor auguſtus in eoꝝ agros veteranos deduci iuſſiſſet non ſufficiente agro cremonenſiū. Mantuani quoq̄ in quibus erat Vergilius maximam partem ſuoꝝ finium perdiderunt: eo ꝙ vicini cremonenſibus fuerant. Sed Virgilius Auguſti familiaritate: ſuoq̄ carmine fretus centurioni ario obſiſtere auſus eſt Ille ſtatim vt miles ad gladium manum admouit. Cunq̄ ſe in fugam proripuiſſet poeta. non prius perſequendi finis fuit: quam ſe in fluuiū Vergilius cōieciſſet: ſed poſtea a Macœnate & pollione in ipo auguſto fauētib⁹ agros ſuos recepit.

Intentio libri

Intentio libri: quã σκοπὸν greci vocant imitatione Theocriti poetæ cõstituitur: q siculus & siracusan⁹ fuit. Est intentio etiam in laudem Cæsaris: & principũ cetæroꝝ: p quos in sedes suas rediit. Vnde & delectationem & vtilitatem finis cõtineret secundum præcepta cũcta cõfecit. Queri solet cur nõ plures q̃ decem æglogas conscripserit: quod nequaquam mirandum videbitur ei q cõsiderauerit ætatẽ sænaꝝ pastoraliũ que vltra bũc numeꝝ nõ põt proferri: præsertim cũ ipse poeta circũspectior Theocrito vt ipsa res indicat: videatur metuere: ne illa ægloga: que pollioni inscribitur minus rustica videaẽ: cũ ipsam sic præstruat ipse dicens. Sicelides musæ paulo maiora canamus: & item similiter in aliis duabus facit: Illud tenẽdũ esse prædicimus in bucolicis Virgilii. neq; nusq̃: neq; vbiq; aliquid figurate dici: hoc est per allegoriam. Vix enim propter laudem Cæsaris & amissos agros hæc Virgilio concedenẽ: cum Theocritus quẽ hic noster toto studio imitari conatur simpliciter omnino conscripserit. Quod autem in ipso carmine tractari solet: est numerus: ordo: explanatio. Numerus æglogarum manifestus est. nam. x. sunt ex quibus prorie bucolicæ. vii. esse credunẽ. Nam tres vltimæ proprie bucolicæ dici nõ debẽt: Pollio. s. Silenus & gallus. Prima igiẽ continet quæstionem publicam: & priuatam gratulationem de agro & diciẽ Tityrus. Secunda amorẽ pueri: & diciẽ Alexis. Tercia certamen pastorum: & diciẽ Palæmon. Quarta genetblicũ. & diciẽ Pollio. Quinta epytaphium: & diciẽ Daphnis: Sexta methamorphosim. & diciẽ Varrus. & Silenus. Septima pharmaceutria. Octaua amores diuersorũ sexuum: et diciẽ damon. Nona cõtinet poetæ conquestionem de amisso agro: et diciẽ Mæris. Decima desiderium galli: et diciẽ Gallus. Quod ad ordinem spectat illud scire debemus. in prima tamen et in vltima ægloga poetam voluisse ordinem seruare quoniam in altera principiũ constituit: vt in geor. ait. Tityre tu patulæ cecini sub tegmine fagi. In altera ostendit finem quippe qui dicat extremum hunc aretbusa mihi concede laborem. Verum inter ipsas æglogas pastoralem conscriptumq; ordinem nullũ esse certissimũ est. Sed sunt qui dicunt initium bucolica carminis nõ Tityre esse: sed prima syracusio dignata est. l. u. supereſt explanatio: ad quã antequã veniamus illud dixerim tenue esse bucolicũ carmẽ: et vsq; adeo ab heroico charactere distare. vt versus quoq; huius carminis suas quasdam cæsuras habeant et suis legibus distinguaẽ. Nã cum tribus probetur metrum. cæsura: scansione. modificacione: nõ erit bucolicus versus: nisi in quo et pes primus partẽ oratiõnis absoluerit. et tercius trocheus fuerit: etiam cæsura: et quartus pes dactylus magis q̃ spondeus partẽ orõnis terminauerit. Quintus et sextus pes ex integris dictionis fuerit: quod Virgilius a Theocrito sæpe seruatum victus operis difficultate neglexit: in solo principio incertũ industria an casu bas cæsuras seruauerit. Nam Tityre dactylus partem orõnis absoluit: tupatu: lærecu: tercium trocheum: quãuis de cõposita dictione concluſit: bans sub: quartum spondeum pro dactylo cũ subiunxit tegmine fagi. Termiatis partibus orõnis integrũ cõma perfecit. Cuius rei diligentiam licet in Theocriti ferme oibus versibus admirari. Qui vero supradicta acri iudicio diligenteq; cõsiderauit. facile intelliget quæ in geor. intentio quiq; finis fuerit: nec minus etiam in æneide.

Poematis stili genera tria sunt: aut enim actiuum vel imitatiuum quod greci Δραματικὸν appellãt in quo persone loquentes introducunẽ sine poetæ interlocutõne. vt sunt tragediæ et commediæ Δραν enim grecæ agere diciẽ: quo genere scripta est prima Tityre. et quo te mœri pe. Aut enarratiuum quod greci Διηγηματικὸν appellãt: in quo poeta ipse loquitur sine interpositione persone: vt tres primi georgicon libri. Item Lucretii carmina: aut commune vel mixtũ: quod greci μικτὸν appellant: ubi et poeta ipse loquiẽ et introducte personæ: vt Vergilii æneis.

SERVII MAVRI HONORATI GRAMMATICI IN BVCOLICA MARONIS COMMENTARIORVM LIBER.

VCOLICA vt ferunt inde dicta sunt a custodia boum. i. ἀπτῶν βουκόωλ. Præcipua enim sunt animalia apud rusticos boues. Huius autem carminis origo varia est. Nam
b alii dicunt eo tempore quo: xerxes persarum rex inuasit græciam cum omnes intra muros lateren: nec possent more solito Dianæ sacra persolui: peruenisse ad montes laconas rusticos: & in eius honorem hymnos dixisse: vnde natum carmen bucolicum ætas posterior elimauit. Alii dicunt Orestem cum Dianæ fascelidis simulachrum raptum ex scythia adueheret ad siciliam esse tempestate delatum. completo anno Dianæ festum celebrasse hymnis collectis nautis suis: & aliquibus pastoribus conuocatis: & exinde permansisse apud rusticos consuetudinem. Alii non Dianæ sed appollini Nomio consecratum carmen hoc volunt: quo tempore Admeti regis pauit armenta. Alii rusticis numinibus a pastoribus dicatum hoc asserunt carmen: vt Pani Faunis: ac satyris: & hic est huius carminis titulus. Qualitas autem hæc est. s. humilis caracter. Tres enim sunt caracteres humilis medii grandiloquus: quos omnes in hoc inuenimus poeta. Nam in æneide grandiloquum habet: in Georgi: medium: in bucolicis humilem pro qualitate negociorum & personarum. Nam personæ hic rustice sunt simplicitate gaudentes. s. a quibus nil altum debet requiri. Adhibentur autem hæc ad carmen bucolicū. Debet quarto pede terminare partem orationis: qui pes si sit dactylus: meliorem efficit versum: vt nos patriæ fines & dulcia. Primus etiam pes secundum Donatum dactilus esse debet: & terminare partē orationis: vt Tytire quam legem theocritus vehementer obseruat: Virgilius non adeo. Ille enim in paucis versibus ab ista ratione deuiauit: hic eam in paucis secutus est Terrentianus cum de hoc metro doceret. Plurimus hoc pollet sicule telluris allumnus. Noster sarus eo pastor Maro. Intentio poetæ hæc est vt imitemur Theocritum syracusanum meliorem Moschо & cæteris qui bucolica scripserunt: vnde est. Prima syracusio dignata est ludere versu nostra: neq; & aliquibus locis per allegoriam agit gratias augusto: vel aliis nobilibus quorum fauore amissum agrum recepit: in qua re tantum dissentit a theocrito. Ille ēm vbiq; simplex est hic necessitate compulsus aliquibus locis miscet figuras: quas perite plerunq; etiam ex Theocriti versibus facit: quos ab illo dictos cōstat simpliciter: hoc autem fit poetica vrbanitate: sic Iuuena. Actoris aurunci spolium. Nam Virgilii de hasta dictū figurate ad speculum transtulit. Et causa scribendorum bucolicurum hæc est. Cum post occisum. iii. idus martias in senatu Cæsarē augustus eius filius contra persecutores patris & antonium ciuilia bella mouisset: victoria potitus cremonensium agros qui contra eum senserant militibus suis dedit: qui cum non sufficerent: etiam mantuanorum iussit distribui: non ꝓpter culpam: sed ꝓpter vicinitatem: vnde est. Mantua væ misere nimium vicina cremonæ. Perdito ergo agro Virgilius romam venit & potentium fauore meruit vt agrū suū solus reciperet. Ad quē recipiendum profectus: ab ario centurione qui eum tenebat pene est interemptus: nisi se præcipitasset in mintium: vñ est ἀλλη γοριηκοώ σ. Ipe aries etiam nūc vellera siccat. Postea ab augusto missis triumuiris & ipi integer ager redditus est & mantuanis pro parte. Hinc est q; in prima ægloga legimus recepisse agrum: postea eum querelantem inuenimus: vt audieras & fama fuit: sed carmina tantum nostra valent. lycida tela inter martia quantum Chaonias dicunt aquila veniente columbas Nec numerus hic dubius est: nec ordo librorum. Quippe cum vnus sit liber. De æglogis tantum multi dubitant. Quæ licet. x. sint incertum tamen est quo ordine scriptæ sint. Pleriq; duas certas volunt ipsius testimonio vltimā. vt extremum bunc: & primam: vt in Georgi. Tityre te patule cecini sub tegmine fagi. Alii primam illam volunt Prima syracusio dignata est ludere versu: sed est sciendum. vii. æglogas eē meras rusticas quas Theocritus. x. habet. Hic in tribus a bucolico carmine: sed cum excusatione discessit: vt in genethlico Saloninі: & in sileni Theologia: vel vt ex insertis altioribus rebus posset placere: vel quia tot varietates implere non poterat. Poetæ vitam in æneide diximus. Operis explanatio in sequentibus comprobabit. Sane sciendum Virgi. xxviii. annorum scripsisse bucolica. Vnde etiam in fine Georgi. Audaxq; inuenta. Tityre te patulæ cecini sub tegmine fagi: & dicit Donatus q; etiam in poetæ memorauimus vita in scribendis carminibus naturalem ordinem secutum eē Virgilium. Primo enim pastoralis fuit in montibus vita. Post agriculture amor. Inde bellorum cura successit. Notandum quoq; bucolica vel georgica cum apud græcos in fine habeant accētum: apud nos in tercia a fine habere. Nam vt in vltima sit latinitas vetat: vt in penultima nō sit breuitatis efficit ratio. Etiam hoc sciendum & psonas huius operis ex maiori parte nomina de rebus rusticis habere cōficta: vt melibœus ὁτι μελέι ἀυτῶτ ὠνβοών. i. qui curam gerit boum q; Tityrus dicit aries maior. Nam laconum lingua Tityrus dicit aries maior: qui gregē anteire cōsueuerit: sicut etiam in comediis inuenimus. Nam pamphilus est totus amās. Glyceriū quasi dulcis mulier: phylomela amabilis: Personæ: sicut supra dixi rusticæ sunt & simplicitate gaudentes. Vñ in bis nihil vrbanum. nihil declamatorium inuenitur: sed ex re rustica sunt omnia negocia compatōnes: & si qua sūt alia. Hinc est q; annos a fructibus computat: vt post aliquot mea regna videns mirabor aristas: hinc etiā illæ comparationes sunt. Nam neq; me tantum venientis sibilus austri: nec percussa iuuant fluctu tam lit tora: nec quæ saxosas inter decurrunt flumina valles.

Tityre

ITYRE tu patulæ. PASTOR inducitur securus: & dare operam cantilenæ sub arbo SERVI
re recubans. Alter qui cum gregibus ex suis pellatur finibus Tityr aspiciens sic alloq
t tur: Tityrū autem pro virgilio accipiamus nō vbiq: sed vbi ratio exigit: Dixit aūt sub
fago allegorice i. sub arbore glādifera quæ fuit uictus causa. Antea. n. homines glandi
bus uescebātur. Nunc fagus ἀπὸ τοῦ φαγεῖν. i. comedere. Ergo sub fago iaces id ē
tuas retentas possessiones: quibus aleris vt olim fago alebātur. Patulæ: proprie quod semp patet di-
cimus patulū: ut nares arbor. Patens quod
aperit & clauditur ut hostiū & oculi. Mu
sam. i. rusticū carmē. Tenui. i. culmo auena
stipula. Vnde rustici cantare consueuerunt:
sic alibi: Stridēti miser stipula disp dere car
men Tenui: Humilē stilū indicat quo hic
vtit Meditaris p ātistichon ab eo est quod
græci μελέτω dicunt. l. eñ &. d. inuicem
cedunt: ut sella p seda. Fugimus: plus est q
relinqmus. sic Oratius: teucer salamina pa
trēq cū fugeret. Lentus. ocios us: ut q nūc
lenti cōsedimus aruis. Resonare. d. a. s. Car
mē tuū de amaryllide cōpositū doces siluis
resonare. itelligimus aūt melius simpliciter
& nō allegorice. ut aiunt quidā. q dicūt tu
carmē de roma condis. plus. n. stupet Meli-
bœus si ita ille securus est. ut tantum de suis
amoribus cantet. Nāq. e. i. m. d. Iteratio
excludit adulatiōis colorē. Semp: & dū vi
uit & post mortē. Alii. n. ipatores post mor
tē inter deos referunt. Augnstus aūt tēpla
viuus meruit. Orati. Præsentiq tibi matu
ros largimur honores. Iurādasq tuū p no
mē ponimus aras. Sic Lucanus de Nerone
sed mihi iā numē es. Imbuet. ibuere ē ppri
inchoare. & initiare. Cur g eandē rē sæpe in
choat. Quia sæpe pascua mutāt pastores: vñ
totiēs aras imbuunt quotiēs pascua mutāt
Sed etiā apud maiores ibuere ē pfundere.
& madefacere. Ergo absolute possumus di
cere sæpe pfundet. Errare: pasci. ut Mille
meæ siculis errāt in mōtibns agnæ. Lude
re: scribere: vt Carmia q lusi pastor. Cala
mo. a rustico stilo. ut supra tenui musa. Nō
inuideo: Ne frequēs interrogatio fortasse
ex inuidia potius q ex admiratōe eē vídea-
tur. Turbat. Turbamur sine discretione
culpæ uel meriti: & inuidiose tēpora Augu
sti latenter carpit. Turbat aūt est impsonale: quod ad oms pertinet: Nā mantuano fuerat cōis expul
sio. Si turbamur legas ad paucos uidet ptinere. Protinus porro tenuus. i. longe a finibus: binc paulo
post: At nos binc alii sitiētes ibimus afros. Aeger: & corpe & aio. Spem gregis. s. marē & fœminā.
In vtroq. n. sexu repatio gregis constat. Ab. s. in nuda. ideo dolet quia solent herbas substernere
Conixa. p enixa. Hiatus ei causa mutauit ppositionē: ut ē secludite p excludite. Leua: stulta cōtraria.
Sensus est p dituros nos qnq agros res manifesta prædicebat: Sed nos intelligere nequiuimus

CHRI. Tityre. Tityrus libyce bircum significat. Meliboeus est grece cura boum. Sunt autem no- Tityrus
mina de Theocrito sumpta. per Tityrum se: per Melibœum reliquos montuanos allegorice intelligit
Et si orationis quinq sint partes: ultimæ tamen duæ memoria & pnunciatio solius dicentis sunt: pri- Oratōnis
mæ autem tres etiā ad scribentē ptinent. hæ sunt inuentio: dispositio: & elocutio. Verum elocutio ea partes
est quæ characterem siue figurā orationis quæ triplex est cōficit: Elocutio aūt habet elegantiā cōpositi-
onem & dignitatem. Elegantia singula verba eligit: Compositio illa iam electa construit atq compo-
nit. Itaq qualem figuram exprimere uolumus: talia verba. talisque compositio est adhibenda. Figura
aūt generi rer quas scribimus accomodāda est: Ergo cum hic res pastoralis agerē: humilis oratio at-
q depressa fuit eligenda: ac humilis infimaq figura. Quapropter cum elegisset Tityre recubans sub
tegmine patulæ fagi quæ verba nihil elatum habent. nihilq grande resonant: tamē ita illa construxit
atq composuit: ut illud infimum elocutionis genus non excederet. Itaq si attente audias Tityre tu
patulæ recubans sub tegmine fagi: intelliges omnia suppressa atque demissa: Nā iudiciū hoc totum

PVBLII VIRGILII MARONIS BUCOLICA. ÆGLOGA PRIMA. Interlocutores Meliboeus: & Tityrus amici.

ME.

ITYRE TV PATVLAE
recubans sub tegmīe fagi
S iluestrem tenui musam me
ditaris auena:
N os patriæ fines: & dulcia lin
quimns arua:
N os patriā fugimus: tu tityre lentus i umbra
Formosā rsonare doces amaryllida siluas TI
O meliboee deus nobis hæc ocia fecit
N anq erit ille mihi semper deus: illius aram
S æpe tener nostris ab ouilibus ībuet agnus
I lle meas errare boues (ut cernis) & ipsum:
L udere quæ uellē calamo pmisit agresti Mę
Nō equidē inuideo: miror magis: undiq totis
Vsq adeo turbatur agris: en ipse capellas:
P rotinus æger ago: hanc etiā vix tityre duco
H ic inter densas corylos mō nanq gemellos
S pē gregis ab silice in nuda cōnixa reliquit:
S æpe malū hoc nobis si mēs non leua fuisset

auriū modo illæ eruditæ sint esse deprehendes. Tityre: Amice ac familiariter incepit a nomie proprio quod in homine æquali aut inferiori beniuolentiam conciliat. Sin aūt superior sit persona a nomie dignitatis suæ apellari postulat. Tu.q.d. solus ex omnibus nobis. Recubans. Quod proprium ociosi securique est. Nam cui aut negocium aut periculum imminet: is minime recubare audet. Tegmine. i. in tegumento a tegēdo: ut agmen ab agedo. Fagi. Glans triangula cute includit: hæc muribus gratissima est & turdis: glires quoq; saginat: suem hilarem facit. carnem coctibilem & leuem & utilē stomacho: Et quāuis ex abietis quoq; & picis & tiliæ cortice vasa fiant ut ex cortice fagi: tn in quodā usu sacroꝝ religiosus est fagi cortex: ait Plinius. Tenui: distat a subtili. Tenue. n. diminutione rei vt plurimū notat: unde est tenuis ubi argilla: & tenue argentum uenæq; secundæ: hinc attenuo & extenuo nec habet laudem nisi illa diminutio sit ex usu: ut si dicamus tenuia uellera. Subtile vero acuita tē habet Ergo laudat subtile ingenium: tenue uituperat. Auena: Pro omni culmo ex quo rustici fistulā faciunt. Nos patriæ fines. Contētio est color retboricus. Est eni cōtentio cū cōtraria cōtrariis opponunt. Itē expolitio quia eadē de re sæpius dicit: sicī boc loco: Nos anxii exulamus: tu ociosus manes. Præterea est repetitio: Nam nos in principio clausule repetit. Item est interpretatio quæ sæpe affert magnum augmentū rei. Nam interpretat fines patriæ esse dulcia arua: quæ res mouet cōmiseratiōnē. Nos patriam fugimus. Dixerat linquimus patriā: verum quia uoluntarium potuisset esse exilium: addidit fugimus: quod summā etiam mouet cōmiserationē. Ham quid potest esse miserius: q̄ incidere in eam calamitatem: ut patriam: qua nibil est dulcius ueluti rem pernicioſam fugere cogaris:

Fbgus

Tenui Subtili

Lentus in umbra. Nos ꝓperamus in fuga: tu ociaris in loco amœno. nos exercemur in labore: tu in iocūdo & voluptuoso cantu. Doces siluas resonare. i. doces siluas ut resonent. i. p. reboatū referant: tuū carmen. Sed de reboatu & qd sit & quomodo fiat dicemus paulo post Resonare aūt amaryllida poeticum est: & p figuram dictum. Nam sonare non transit: sic dicimus currere cursum: Amaryllis:

Meliboeus

Sunt q dicāt esse nomen mulieris: quā Romæ adamauit. O Meliboe. Et bic sermo familiaris est & amicus o vero nō uocantis est: sed pene lætātis: q̄ preter spem amicū nibil tale expectās uiderit: & distinguit. O Meliboe: ut sit salutantis: ac deinde adde: Deus bæc ocia fecit Vel si iungis & cōtinua sit oratio. O Meliboe deus nobis bæc ocia fecit: Erit o hominis admirantis magnitudinem beneficii in se a deo collati: Hæc ocia: Quasi tam magna ocia: & fatet quod ille dixerat: Tu tityre lētus i umbra

Ludere

Ouilibus. Ouiū stabulis. Sic etiam ab equis equile: a capra caprile: & a porco porcile. Ludere. Ita scribere significat: ut nō referat nisi ad poetas: No eni dicimus: aut Ciceronē ludere tusculanas quæstiones: aut Liuiū ludere bistoriam romanam. Neque etiam poetas in omuibns dicimus ludere: sed ī leuioribus iocūdioribusque: Sic & Horacius de se: Poscimus si qd vacui sub umbra lusimus tecū: Quæ propter neque in georgicis neque in æneide ludere dixit: sed canere: sed bic & in libello quem culicē appellat. Ait eni: Lusimus octaui gracili modulāte thalia: Atque ut araneoli tenuē forma vidimus ortum. Lusimus bæc ꝓpter culicis sunt carmina dicta Omnis ut bistorieæ p ludum cōsonet ordo. Capellas: quæ habent r. in ultima sillaba: in diminutiuis mntant. r. in duplex. l. ergo a capra capella: a cultro cultellus: ab umbra umbella. Spē gregis: Vt maius sit detrimentū: q̄ si uterq; eiusdē sexus fuisset

SER. De cœlo tactas. Recte compositū auguriū: Nā quercus in tutela Iouis ē: sed prisci illius glande uescebantur. Tactas leuiter fulminatas. Cicero. Tactus etiā ille q̄ banc urbē condidit: Komulus signif: cabat nutu ímpatoris posse agros partire in quibus fulmiatæ sunt arbores. Nā agri causa victus sunt ut olim quercus. Tactus tpale indicat fore damnū qualiter patiunt arbores leuiter fulminatæ. Prædicere. Præloqui. quoniā manifestum erat auguriū. Da. Dic Sic contra. Accipe nunc danaū. i. audi. Vrbē: De cæsare interrogatus urbē describit:.

D è cœlo tactas memini prædicere quercus
S ed tn íste deus qui sit da tityre nobis TI.
V rbem quā dicunt romam melibœe putauī
S tultus ego buic nr̄æ sil̄em quo sæpe solemus
P astores ouium teneros depellere fœtus.
S ic canibus catulos sil̄es: sic mr̄ibus hædeos
N oram: sic paruis cōponere magna solebam:
V erū bæc tantū alias īter caput extulit urbes
Q uantū lēta solēt īter uiburna cupressi ME.
Ē t quæ tanta fuit romam tibi causa uidendi.
L ibertas: quæ sera tamen respexit inertem
C andidior postquā tondenti barba cadebat.
R espexit tamen: & longo post tēpore uenit:
P ostq̄ nos amaryllis bēt galathea reliqnit:
N amq; fatebor em̄ dū me galathea tenebat:
N ec spes libertatis erat: nec cura peculi.

Vec; id aut rusticana simplicitate est ut ordine narratois ignorato p lōgas ambages ad interrogata delcendit: aut quia sine continente nō potest esse cōtentū: nec psona sine loco: g̃ rogatus de cæsare locū in quo eū viderat describit. Est aūt longū hyberbaton urbē quā dicūt: & bic illum uidi. Stultus: rusticus. Nr̄æ: mantuæ. Quo: ad quā: aduerbium pro nomine Ouium teneros id est agnos: & ē pipbrasis. Depellere: a lacte remouere. Sic canibus catulos. Vult Romam non solum magnitudine: sed etiam genere differre: & esse uelut alteꝝ mundū aut qd

quantitatis &

dam cœlū ī quo Cæsarem uidit: nā in cōpatione catuli ad canē: aut bædi ad capellā quātitatis & nō generis ponit differentiā. Qui uero dicit leo maior ē cane & quātitatis & generis facit drntiā. Cōdudit igit romā ñ solū reliqs urbibus maiorē esse: sed eē aliq̄ aliā rē. ſ. esse sedē deoꝝ hoc ꝓbat p uiburnū & cupressum: nā uiburnū breuissimū ē: cupræssus maxia. Hoc genus argumētationis Aresto. & Cī. ponūt. Cōponere: cōpere. Quæ tāta. Ad magnū. n. aliqd necessitas uenire cōpellit. Hic mirat hominē rusticū Romā uidere potuisse. Libertas. Amor libertatis: Aliter āt seruus cupit libertatē q uult care re seruitute: aliter ingenuus q uult habere liberā uitā. ſ. ꝓ suo arbitrio agere: ut nūc vult Virgi. sub pſona Tityri: Latēter āt carpit ea tpa ī qbus libertas nō erat nisi Romæ. Vel intelligamus Tityꝝ simpliciter vt pastorē locutū. Nā Theocritus eū ubiq̄ mercenariū inducit: sic Virgi. Tityre dū redeo breuis est uia pasce capellas. Respexit inertē. Arguit suā iertiā q nō prius Romā ierit: & ñ sit usus puer libertate qua usus est ꝓuectiori ætate. Cādidior barba Aut mutatio pſonæ ut q dā rusticus senex loquat non Virgi. p allegoriā: nā Virgi. xxviii. an. scripsit Bucco. vel ñ barba sed libertas dicat candidior: an tea libertas illi fuerat sed ñ talis. Lōgo post tpe: Aut Archaismos ē. Antiqui. n. Ante post & circū vtriq̄ casui fuiebāt: aut lōgo post una ps ē: & ut dicat uenit lōgo post: sicut multo magis multo minus: postmō. Hora. Postmō quod mihi absit: Et lōgo post: ut postposita uideatur prepositio: & in unitatē coacta. Peculi. More antiquo: nā illi oē pīmoniū peculiū dicebāt a pecore: in quo erat oīs substātia: Vñ & pecunia dicta ē a peculio: uel ad morsū tpis ptinet: nā nūc tantū serui peculiū dicimus: g̃ pīmoniū suū ueluti seruus peculiū inuidiose dixit: peculi ꝓ peculii: p syneresim dixit.

CHRI. De cœlo tactas. In æneide oīa uaticinā di genera breuiter cōplexi sumus: iter quæ ē aruspicina quæ fulgura ī se cōtinet: nā quæ fulmīe tacta sūt incōmodū aut calamitatem iis ptendūt ad quos ptinent: Quapp cū Romæ: aut capitoliū: aut alia loca publica fulmīe tacta erāt: ad rēpu. malū spectare putabant: statimq̄ auruspices uel ex ipsa etiā Etruria accersebāt. Tamē. Tandē post longū būc de fulmīe ſmonē. Vrbē. Locus & edificia dicimus urbē habitatores aūt ciuitatē. Viburnū: Spēsē fruticis

Libertas. Aliter seruus: aliter ciuis optat libertatē: Seruus. n. optat a dño manumitti: ciuis quærit ut æquo iure ī ciuitate uiuat ut libera sint iudicia & nemī nisi q sit ī mgīatu sit seruiē dū. Est āt libertas alia naturalis: alia de iure gentiū. Natura. n. ii liberi sūt q cū minus ualeāt corpis uiribus sapīa & uirtute reliqs præstāt: qbus uero prudētia nō adest: & sola corpis ui nitunt: ii seruire prudētiori dnt: ut etiā in politicis oñdit Aresto. De iure uero gētiū bii dicūt seruī: q ī bello capti uēdi pñt & seruire coguntē: Dicit preterea libertas excellētia & magnitudo ai cū nullo metu coberceri possumus: qui freti optīa cōsciēcia aptis uerbis bonestati æquitatiq̄ & publicæ utilitati fauemus. Ergo ut illa supior libertas aut a fortuna: aut a natura ē: sic bæc a bōa mēte & uolūtaria ꝓficiscit quēadmodū reliquæ virtutes. Ga

Galath.

lathea: Cōueniēs nomē rusticæ muliebri quasi lactis dea. Sūt q credāt illā poni ꝓ Lidia quā Mantuæ amauit: ut deide Romæ amaryllida. Peculi. Peculiū diffinit Labeo eē id quod seruus dñi pmissu se

Peculium

pati a dñicis ratōnibus bēt. Sed et dño peculiū eē posse oñdit Celsus & castrāse peculiū eē quod a parēbus & cognatis militiæ degētibus dono ē datum: uel q filius militiæ acqsiuit. Rusticos ait audisse. Celsus q pecuniā sine peculio fragilē eē peculiū appellātes. quod presidii cā iponitur: Vñ Vlpianus peculiū ait dictū quasi Pusilla pecūia sit siue pīmoniū pusillū: puto peculiū eē qcqd nīa iduſtria acqrit in quacūque fortūa sumus liberi an serui: & id sensisse senes pecuniā sine peculio. i. sine nō lucro fragilem esse.

SER Septis Septa sūt loca ī cāpo martio iduſa tabulatis: ī qbus populus ro. suffragia fert: & qa sūt similia ouilibus duo bæc inuicē ponunt: ut bic septa ꝓ ouilibus. Contra Luca. Et miseræ maculauit ouilia romæ. i. septa. Et Iuuena. Antiquo quæ ꝓxima surgit ouili. Piguis. Melius ad uictimā q̄ ad casēum referes. Ingratæ. Ex laboribus Rusticoꝝ aliē ciuitas. Cīues aūt derident illos & pretia minuūt. Amarylli. Vtūs a ntō in īs & sp breuiat. Hora. Dulcēq̄ strepitū pieri tēperas. Cui. In cuius bonorē. Quid uocares. Virgilii pſonæ cōuenit. Mœsta. ſ. tibi. Tityrus. Virgilius. Seruicio. Seruiciū ē cōditois indiciū. Iuuenē. Augustū: quē decreuerat senatus: ne qs pueꝝ diceret: ne maiestas tāti imperii minueret. Dies. Vel principia oīm mēsiū uel idus. Fumāt: sacrifi cāt. Primus. Añ quē nullus sit. Senex. ñ ad ætatē Virgilii: sed ad fortunā futurā pre sagiū refert. Lapis: mōs: A mōte em usq̄ ad lacū & inde ad arborē quādā ē terra donata Virgilio. Grauis ꝓ gues. Flumia: Padu. ſ. & Mintbiū. Nota: cara. Sacros.

SERVI.

Quāuis multa meis exiret uictima septis:
Pinguis & ingratæ premeret cāseus urbi
Nōunq̄ guis ære domū mihi dextra redibat
Mirabar qd mœsta deos amaryli uocares
Cui pendere sua patereris in arbore poma:
Tityrus binc aberat: ipse te tityre pinus
Ipsi te fontes: ipsa bæc arbusta uocabant
Quid facerem neq̄ seruicio me exire licebat
Nec tam præsentes alibi cognoscere diuos
Hic illū uidi iuuenē meliboce quotannis:
in aliam partẽ penitus trãsferre. Expientia. Perior simplex verbũ fuit: quod ab vsu cecidit. Inde experior: & quẽadmodum ab experior fit experientia: sic a perior fit periculũ: quod idem est quod experiẽtia: vt dicit Terentius: Fac periculũ in musicis. Tamen etiam inueniẽ periculum pro discrimine positũ: Sed hoc nõ venit a perior: sed a pereo. Verũ cum experientia nõ possit esse in brutis: quia non est sine ratione dixit experientiã illum naturæ impulsum: quoniam ad suum ædificium impellit apes. Parcis. Laus apium. Rara enim animalia sunt quæ parcant partis. Vos o clarissima mundi lumina la. c. q. d. a. Maximũ ingenium maximaq; doctrina apparet poetæ. Nouerat enĩ omnes deos ad solem: omnesq; deas ad lunam referri. Nam vt ait Plato in Cratylo prisci viri cum solem lunam ac stellas thein. i. currere per cœlum viderent numina esse putarunt & θεους. id est deos appellarunt: q̃ per cœlũ currant.

Sol.

Sed quoniã sol vt ait Heraclitus: fons cælestis luminis est: & vt Cicero dux & princeps & moderator reliquorũ luminũ: & mens mundi & cor cœli a phisicis appellatur: quoniã calor frigus & temperies & cuncta alia quæ per cœlum fiunt a sole sunt ipsum solum deum putarunt: vt lunam solam deam. Sed diuersis nominibus appellanẽ: vt eorum diuersæ sunt potestates. Ergo quia omnes dii qui sunt sub cœlo ad solem referũtur: cum vt dixi moderator reliquorũ luminum sit: & solus stellis lumen præstet. Stellarum autem cursus ordinem rerum humanarũ disponũt: sequit̃ q̃ sol qui temperat nostra temperãtes omniũ rerum erit auctor. Iure igitur inuocat solem tanq; naturæ deum. Verum quoniã ipsum ad disciplinam agrariã inuocat: appellat eum eo nomine quo eius vis circa agriculturã exprimit̃. Dionysius enim qui Bacchus liberq; est vt refert Eusebius igneam vim solis quæ fructus maturat exprimit. Aristoteles autẽ & Eurypides eundẽ solem & bacchũ esse dicunt. Additq; Macrobius q̃ in arcanis sacrorum obseruat̃ q̃ sol in supero. i. diurno hæmisperio cõstitutus Apollo. In inferiori. i. nocturno Dionysius appellet̃. Vnde a romanis Bacchus quoniã sol est: dicit̃ liber: quia liber vagus est vt ait Emnius: Aptissime autem vniuersam hanc rem demonstrat Orpheus. nam de sole ait ΗΛΙΟΣ ὀΝΔΙΟΝΥΣΟΝ ΕΠΙΚΛΗΣΙΝ ἀΛΕΟΥΣΙΝ. Virgilius igitur liberũ patrẽ solẽ inuocauit & cererem lunam: quia noctur-

Ceres Vesta

no temperamẽto & diurno calore cuncta moderanẽ. Ceres. Ait idem Eusebius q̃ terræ vis vesta dicit̃. Rbeam vero quã opem dicimus lapidosæ montanæq; terræ vim vocant. Cererem vero feracis & planæ. Sed de bac in sequẽtibus. Vestro munere. Nam Bacchus fructuũ humidorũ. i. vini & pomorũ. Ceres autẽ siccorum vt fruges sint symbolũ habenẽ.

Achelo⁹

Achelois. Achelous fluuius est: qui ex Pindo Thessaliæ monte pfluens ætholiam ab archania diuidit: & in iliacũ sinũ effluit. Non tamẽ hic speciẽ p genere posuit: sed legerat antiquos ita aquarũ vim distinxisse vt vis effectiua aquarũ oceanus vocaret̃ Symbolũ vero eius tethys esset. Vis aquæ potabilis achelous Marinæ neptũnus quæ inquãtũ gigne re põt Amphitrides dicit̃. Aquarũ dulciũ pticulares vires nymphæ: marinæq; nereides. Ergo cũ vim aquæ potabilis achelouũ appellaret̃ antiqui: nõ sic ratiõe dixit achelois pocula. Nã & antiquissimi græcorũ poetæ sic dixerũt vt apparet apud Aristopbanẽ. Sunt qui dicunt Achelouũ primũ e terræ erupisse: atq; ex eo aquam achelouum nominari.

SER. Presentia. Propria: vt bæc tam presentes alibi cognoscere diuos quia presentia fauẽt. De rebus aũt variis dicturus: varia iuocat numina.

Ferte simul pe. Aut simul venite: aut date carmini meo facultatẽ. i. pstate pedẽ. i. metricũ fauorẽ. Cui pria. f. Cũ Neptũn⁹ atq; Minerua de athenaq; noie cõtenderet: placuit diis vt eius noie appellaret̃ vrbs: q mun⁹ melius mortalib⁹ attulisset. Neptunnus pcusso littore: equũ animal bello aptũ pduxit. Minerua iacta basta oleam creauit: quæ melior iudicata est: qa est insigne pacis. Inuocat g neptunnũ quia de equis i tercio est dictur⁹: Equũ a neptũno pductũ: alii Scythiũ. alii Syronẽ. alii Arionẽ nominãt: Ideo vero fingũt a neptũno pductũ. qa boc animal velox & mobile ẽ vt mare. Hinc etiã Pollux & Castor. quia eoq; stelle velocissimæ sunt equos in tute-

Et vos agrestum præsentia numina fauni
Ferte simul fauniq; pedem dryadesq; puellæ
Munera vestra cano. tuq; o cui prima frementẽ
Fudit equũ magno tellus percussa tridenti
Neptunne: & cultor nemorũ cui pinguia cæsa
Tercentum niuei tondent dumeta iuuenci.
Ipse nemus liquens patrium saltusq; lucei
Pan ouiũ custos tua si tibi mænala curæ
Adsis o tegeæ fauens oleæq; minerua

Inuentrix

Inuentrix vnciq; puer mõstrator aratri.
Et tenerã ab radice ferens siluane cupressum
Dii q; deæq; omnes studiũ quibus arua tueri:
Quiq; nouas alitis nõ nulllo semine fruges
Quiq; satis largũ cœlo demittitis imbrem.
Teq; adeo:quẽ mox quæ sint habitura deorũ
Concilia incertũ est:vrbes ne inuisere cæsar
Terrarũq; velis curã:& te maximus orbis
Auctorem frugũ:tempestatũq; potentem
Accipiat:cingens materna tempora myrto
An deus immensi venias maris:ac tua nautæ

la habere dicunt. Et cultor Aristæũ intelligit Apollinis & Cyrenes filiũ: quẽ Hesiodus dicit Apollinem pastorale. Hic vt ait Salusti? post laniatũ a canib? actæonẽ filiũ matris instinctu thebis relictis cæam insulã bomib? vacuã tenuit primo postea ex ea cũ Dædalo in sardiniã iuit. Menala: Mons arcadiæ ΑΠΟΤΟΝ ΜΕΩΝ.i. ab ouib? dictus. Tegeæ. Vocatiu? est. deriuatũ a tegeo opido:& Thegæũ tribacch? est: Tegeæ peon tercius. Monstrator ar. Alii Triptolemũ:alii Osyrim: qđ veri? ẽ. Nã Triptolemus frumẽta diuisit. Tacuit aũt de nomie:qa nõ vn? i orbe aratri mõstrator fuit:sed diuersi i diuersis locis. Siluane. Hic siluarũ deus ẽ qui Cyparissum amauit. Et cũ ceruã pueri mãsuetã Siluanus inscius interemisset: puer dolore extinctus est. Siluan? aũt in arborẽ sui nomis cõuertit:& ꝓ solatio secũ fert. Dii q deæq;.o. Ttrãsit ad generalitatẽ ne quẽ prætereat. In libris aũt pontificalibus inueniunt bæc nomia:vbi & noia deoꝝ & rones ipsoꝝ numinũ cõtinent. Cõstat.n.noia ex officiis:vt occator deus dicit ab occatione & Sator a satione. Nõ nullo:Aliquo. Sentẽtia ẽ cꝑ a nobis iacta semia vestris semibus alitis. Semia aũt deoꝝ dicit cœli temperiẽ pluuias & rorẽ. Satis.i.segetibus vt sata læta boũq; labores.

Teq; adeo. Adulat Augusto quẽ inter deos inuocat:sed nõ totũ dandũ est adulationi sed veritati. Nã nõ post mortẽ vt reliqui impatores: sed viuẽs inter deos relatus est. Hinc Hora. præsenti tibi maturos largimur bonores:Iurãdasq; tuũ ꝑ nomẽ ponim? aras. Iniuria igit vitupant Virgiliũ cꝑ auiditate adulãdi citum interitũ Augusto optauerit:cũ respexerit ad id quod tũc fiebat. possumus etiã dicere mox pro postea:vt Hora. Mox daturos ꝓgeniẽ vitiosiorẽ. Vel referat mox ad vitæ humanæ breuitatẽ. Vt ipse i decimo. Rbebe diu res siqua diu mortalib? vlla est. Maxia aũt laus cꝑ manifestũ sit eũ futurũ deũ: sed etiã in sua potestate qs deus esse velit. Tempestatũ. Ita bonarũ vt malarũ. vt vnde bæc tam clara repẽte tempestas:vel tempestatũ temporũ: vt vbiq; Salustius. Materna. Quia dedicata est Veneri:a qua originẽ ducit Augustus.

CHRI. Agrestũ numina. Nã boꝝ fauore ẽget in agricultura. Ferre pedẽ. Optime bifariã exponit. Ser. vel ferre pedẽ quasi præstate fœlicẽ nauigationẽ. Nã pedẽ dixerũt latini quã vulgo pogiã nũc dicũt vt Atq; vna facere pedẽ. Cui. Neptũnũ intelligit: cui attribuũt originẽ equoꝝ: quia in equis vt in mari summa velocitas est. Aiunt aũt equũ a Neptũno pcussa terra editũ Scyphiũ esse appellatũ. Hac de causa a græcis bippicos:a latinis equestris dicebat. Et ludi cyrceses q equestres erãt in bonorẽ neptũni exercebant. Frementẽ. Hinnientẽ. binnire eñ equoꝝ ẽ ꝙsi ferocẽ. nã ipso binnitu viuacitatẽ quãdã & vehemẽtiã indicat. Siluane. sunt q de boc deo fabulent. Nã dicũt fuisset i Calabria pastorẽ noie Cratim: qui ex caprarũ grege sibi capellã ad libidinẽ delegerat. Hũc cũ obdormisset i ripa flumis capellæ maritus vt iniurias vlciscerẽt adacto cornu in fluuiũ dereciț:ab eo flumẽ Cratis appellatus. Ex capra vero illa natus est puer:cui? infernæ ptes caprinæ essent. Hunc vt deũ coluerũt: Siluanũq; appellauerũt: q Cyparissum puerũ vt refert Seruí? adamauit. Tenerã: Aludit ad ætatẽ pueri:quæ tenera esset. Prima tellus.i.littus vt primaq; vetãt consistere terra. Nã prima terra quæ sese e mari aduẽtantibus offert littus est. Equũ. de cui? aialis natura suo loco dicet. Frementẽ. Neptũne. Et de boc deo dante in ænei. dicetur. Cæa. Cæa insula i mari egeo:in q pecoris & armẽtoꝝ grauis pestilẽtia fuisse dr ꝓpter iteritũ Actæonis. Aristeꝰ aũt Apollinis & Cyrenes filius mõstrãte patre in bãc insulã ꝓfectus facto sacrificio arã Ioui erexit: quo placato pestis sedata est. Et quoniã agresti studio & cura pecoris nõ mediocriter mortalibus profuit: ab insulanis pro deo habitus est: & nomine atq; Egaros appellatus. Hæc ait Varro scribi ab Atacinio in argonautis. Hic prim? vt ait Plinius mel vino admiscere id est mulsum facere instituit. Tondẽ. Pascunt: nam in corrodendo dumeta tondent. Pan. De boc est dictũ in bucolicis diximus. & de Siluano. Quod autem teneram.i. nouellam feret cupressum:& propter similitudinem pueri a se amati. Dii deæq;. Legerat poeta apud. M. Varronem duodecim illũ in suo de re agraria libro inuocasse deos:quos duces agricolarum appellet. Quapropter cum nõnullos ex illis inuocasset:neq; nunc præteriret addidit. Dii deæq; omnes. Sunt aũt sex mares:totidẽq; fœminæ:quoꝝ primi sunt Iupiter & tellus:qui oẽs fructus agriculture cœlo & terra cõtinent. Quapropter magni paretes dicunt:Iupiter pater & tellus mater. Secũdo in loco posuit solẽ & lunã:quoꝝ tempora obseruant:cum quædã serant & condant in tẽpore. Tercio i loco inuocat Liberum & Cererem: cꝑ horum fructus maxime necessarii sint ad victum. Ab iis enim cibus & potio venit e fundo. Verum bos quattuor ipse duobus nominibus solis & lunæ inuocat. Quarto Robigũ & Floram: quibus propitiis neq; robigo frumenta aut arbores corrũpit: neq; non tempestiue floret. Itaq; robigo feriæ robigalia: & Floræ ludi floralia instituti. Quinto in loco Venerem & Mineruam: cum altera oliueta altera hortos procuret postremo Lympham & bonum euentum quoniam sine aqua omnis est arida & misera agricultura. Sine successu & bono euentu frustratio est:& non ãgricultura. præ-

Scyphius

Siluanus

Cæa

terierat igitur ex iis aliquos. Et ꝑter bos habēt etiā Priapū in hortis: habēt i agris plurima oīno numia: habēt i pascuis paleni. Nomiū ergo iuocat deos qbus ē studiū tueri arua. i. cōseruare & disponere vt bñ cōcipere possint: & emittere fruges: & eos q iam natas alūt vt crescūt aliquo semie. i. vt dicit Ser. tēperie cœli pluuia & rore: & huiuscemodi rebus. Nā q̄is ager ita cultus: ita etiā fimo aspersus: ita semie opplet⁹ sit: vt bñ cūcta nascant. Tamē si aut robigo: aut vredo: aut supfluus hūor: liccitasue nimia: nimiusq; calor instaret: oīa nata ante maturitatē intereāt necesse est. Tuent̄ g arua: qa ita illi ꝑsunt: vt oīa salubria impendeāt: oīa noxia ꝓpulsent. Mox. Paulopost etiā viuēs. Incertū. Nō tibi in cui⁹ potestate est eligere quē deū esse vellis. Sed nobis q nescimus quē potissimū esse velis deū. Iccirco aūt illū inuocat: qa poterit esse deus agricolarū si volet. Auctorē Optime. nā auctoritas ē sentētia imitatiōe digna & æstimatio quæ repræbēsioni obnoxia nō sit. Cingens. m. t. m. Nā cum agrestē deum coronā vti deceat: nō iniuria vteris illa ex materna arbore. An deus im. v. m. Demōstrauit necessitatē inuocādi cū possit eē de⁹ agricolarū. Nūc oñdit quātus vir sit cū sit a diis īmortalibus putatus dignus libera optione.

SER. Numina so. c. i. magna q̄si neptūno & cæteris diis marinis sit maior futurus. Thyle. Insula oceani inter septētrionalē & occidentalē plagā vltra Britanniā et orcadas. Thethys emat. Ad antiquum morē retulit: quo se maritus & vxor inuicem emebant: vt habeā in iure. Tardis. æstiuis. Qua locus. e. Aegyptii duodeci ponūt signa: Chaldei. xi. Nā scorpiū & librā ꝑ vno accipiunt. Chelæ em̄ scorpii faciūt librā: Idem chaldei volūt æquales eē partes in omnib⁹ signis: & aliud. xx. aliud xxx. habere. Ergo ꝑm chaldeos dicit posse eum habere locū inter scorpiū & virginē quæ orygone ē. In iis signis sunt deoꝝ domicilia. Nam solis leo est. lunæ cancer. Cæteri planetæ singuli bina bñt suo ordine: vnū a sequētibus alterū a supioribus. Nā mercurius q post lunā prim⁹ est a terra habet virginē & geminos. Venus taurum & librā. Mars arietē & scorpiū. Iupiter pisces & sagittariū. Saturnus capricornū & aquariū. Ergo Augustū & sortem ꝓpter scorpiū domiciliū. Martis & iustū ꝓpter libram: & prudentē propter vicinā virginem quæ Mercurii est. Tibi in tuū bonorem & gratiā. Ardens. Qua martis est domiciliū. Cæterū eius tempus frigidum est. nam nouēbris mensis. Iusta. p. p. Scdm chaldeos qui dicunt illum duorū signorū spaciū continere. Quicquid eris. Ordo est quicquid eris da facilem cursum. Reliqua dicta sunt ꝑ parētbesim. Nec spectent. t. Allegorice dicit illum nō posse mori. Dira cupido. Ostendit non debere illum velle. Proserpina matrē. Ceres cum raptam a Plutone filiam dui que fuisset: cognouit tandem eam esse apud inferos. Itaq; implorauit auxiliū Iouis: qui ait posse illam ab inferis reuerti: si nihil ibi gustasset. At illa gustauerat iam in elysio malipunici grana. Quā rem Ascalaphus Stygis filius prodidit. Non potuit ergo redire. Sed Virgilius modo necessitatem tribuit voluntati. Meruit tamē a Ioue Ceres vt Proserpina esse⁹ sex menses cum matre: & totidem cum marito. Hæc luna est quæ toto anno sex mensibus crescit: & totidem deficit: vt crescens apud superos: deficiens apud inferos esse videat. Da facilem cursum. Meo pocmati. Audacibus. Verecunde extenuat vires suas. Mecū. Vel mecum ignaros: vel tu mecū miseratus: aut eis mecum faue. Iam nūc. id est adhuc viuus: Nam viuus meruit diuinos bonores. Vere nouo. Quia anni initiū mensis est martius. Decem autē solum menses fuerunt apud antiquos: & Martiū voluerunt anni principiū propter Martem sui gentis auctorem. Aprilis dictus quasi terras aperiens. Maius a maia. Iunius a Iunone. quāq; alii a maioribus maium: & a iuniorib⁹ iunium dictum velint. Nam antea populus romanus in centurias iuniorum & seniorum diuisus erat. Reliqui a numero denominabant: Quintilis: sextilis: septēber. october. nouember & december. Erant igit̄ decem mēses: Sed duo propter rationem signorū anni intercalabant: qui postea a Iano & Februo denominati sunt. Februus enim dicti⁹ est pater: cui eo mense sacrificabat. Quintilis & sextilis postea mutati sunt in bonorem Iulii Cæsaris & Augusti. Vnde Iulius et augustus. Igitur vere nouo. id est anni initio: et in prima parte veris. Anni em̄ veris nouum ducitur ver.

CHRI. Tua sola. Tantū em̄ numē habeare vt reliquos maris deos missos faciat. Vltima. Quia i Oceano posita est. Thyloe: Videt forsitan tulæ esse dicendū: quia in Strabone et Dionysio est ΥΟΛΗ in vltimo septentrione. Ego tamen ab vsu non discederem. De hac Plinius ita ait. Vltima omniū quæ memorantur thylæ in qua solstitio nullas esse noctes indicauimus cancri signum sole transeunte: nullosq; contra per brumam

Numina sola colant: tibi seruiat vltima thyle
Teq; tibi generū tethys emat omnibus vndis:
Anne nouū tardis sydus te mētibus addas
Qua locus erygonem inter chelasq; sequētes
Pandit̄: ipse tibi iam brachia contrahit ardens
Scorpius: & cœli iusta plus parte relinquit:
Quicquid eris: nā nec te spernēt tartara regem:
Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido
Quāuis elysios miretur græcia campos:
Nec repetita sequi curet ꝓserpina matrē.
Da facilē cursum: atq; audacibus annue cæptis
Ignarosq; viæ mecū miseratus agrestes
Ingredere & votis iam nūc assuesce vocari.
Vere nouo gelidus canis cū montibus humor

tra per brumam dies. Hæc quidam senis mensibus cõtinuis fieri arbitrant. Nostro tamẽ tempore cum Florentia homines viderit qui circa initia Tanais habitent:omnia de illa regione vera nouit. Ego autẽ interfui cum illos Paulus physicus diligẽter quæq; interrogaret. Hæc ergo insula tempore Maronis vltima fuit de qua haberet cognitio neq; in ea sunt in solstitio dies cõtinui cum sit in.lxiii. paralello:in quo longiores dies nõ excedunt horam decimã nonam & mediam vnius hore. In sexagesimoquarto paralello dies est viginti horarum. In sexagesimoquinto solstitium habet diem vigintiunius horarũ vbi est Gotia & Suetia. In sexagesimosexto habet diem.xxii. horarum:vbi est Ventellant. In sexagesimo septimo est dies maior horis.xxiiii. In sexagesimooctauo dies vnius mẽsis. In sexagesimonono dies est duorum mensiũ. In septuagesimo habent diem trium mensiũ. In septuagesimoprimo est maior tribus mensibus. Generum. Dicitur gener quia generãdi causa comparat. Tethys. Nerei Vxor est. Nam quando est mater Achillis dicit Thetis. Omnibus vndis. Ergo relinquet Oceanum:ergo tua numina sola erũt. Mensibus. Mensis dicit ab eo quod est μὴν id est mensis. Nam vt solis cursus annũ sic lunæ mẽsem facit. Tardis mensibus. Atqui si propter longiores dixit tardos libra in quam vult illum conuerti dies incipit breuiores reddere q̃s noctes. Sed non est legendum: Addas te mensibus in datiuo: sed addas sydus aliis syderibus cum tardis mensibus:id est cum hoc honore vt æstiui mensis denominet alter a patre alter a te:vt sit duplex honor:& q̃ in sydus cæleste conuertat. & q̃ nomen det mensi. Non dixit autem mensibus in plurali vt poneret numerum pro numero. Sed vt non nihil etiam gloriæ ex paterno nomine:a quo Quintilis Iulius est appellatus ad se redundare videretur. Quintilis autem a cæsare Iulio pictus est:quoniam ipse quarto idus illius mensis natus sit. At Augustus sextili mense nõ est natus: sed quoniam primum consulatum in eo mense inierit:& triumphos tres in vrbem retulerit. Et ægyptum in eo mense in potestatem populi romani redegerit: & bellis ciuilibus finem posuerit: ex. S. C. Sextilis Augustus est appellatus: vt refert Macrobius. Fuit etiam aliquãdo September Germanicus a Germanico: & October a Domitiano Domitianus nominatus. Erygonem inter. Anastrophe in qua præpositio postponit vt Transtra per & remos. Virginis autem signum intelligit in quo fabulantur conuersam fuisse. Hæc ex icaro nata est: & Iusta vocata:& a Baccho in formam vue conuerso complexa est. Et demũ cum in Marathonia silua patrem a pastoribus interemptum inuenisset: laqueo se suspendit vt alias prolixius dicetur. Deorum autem miseratione in hoc signũ mutata est: vt ait Hesiodus. Aratus scribit hanc aureo sæculo terram habitasse & a viris abstinentem cum virginibus ludere solitam hominibus æquitatem præstasse. Verum cum inde homines a veritate abirent se magis e conspectu eorum remouit:donec in omnibus in vitia conueriis cœlum petiit. Alii dicunt eam esse Cererem: quæ spicam tenet. Virgo signum est terreum:frigidum:nocturnũ. Domus est Mercurii prima. Et est exaltatio Mercurii in quindecimo gradu prima facies eius est solis:secunda Veneris:tercia Mercurii. In mẽbris humanis habet ventrem & intestina. producit homines pulchros decoram faciem & pulchros oculos:temperat appetitum & significat iusticiam. Dicitur virgo quia vt virgo sterilis est:sic sol hoc signum intrans suo calore humores consumit:& terram a fructibus sterilem reddit. Hæc mathematici de virgine. Macrobius autem ait. Virgo autem aristam manu tenens:quid aliud est q̃is solaris quæ fructus curat. & ideo iusticia credit: que sola facit nascentes fructus ad vsus hominum peruenire. Chælas. scilicet scorpionis. Cœli iusta plus parte:id est reliquit id spacium cœli quod ipe occupauerat plus iusta parte. Nam cum singula signa occupent tricenas partes celi:quæ sunt trecentæ sexaginta scorpius præter triginta partes quas occupat suo corpore:triginta alias partes occupat chelis. Ergo ne Augustus nouum signum futurus efficiatur: contra rationem cœli terciumdecimũ signum extinguet libra scorpione suas chelas contrabente: & Augustus libræ signum subibit. Da facilem cursum. Translatio scriptoris a cursore. Nã vt cursor a carcere ad calcem festinat:ita scriptor ad finem voluminis properat. Vere enim Ver dicitur quia tunc virgulta viuere incipiunt:& vertit se tempus anni:nisi sit a græco. Nam ἰονες ε ρ dicunt. Alii a veniendo dictum putant:quia eo tempore omnia e terra veniant. id est nascant. Habet enim annus qualitates nostrorum corporũ humoribus simillimas. Nam ver quod principiũ anni est. calidum est & humidũ. in quo annus puer dici potest & excitatur sanguis:qui & ipse calidus est. Tempus aptum generationi vnde in eo omnia facile gignũtur & nascũtur. Dicitur autem ver eo q̃ omnia in eo veniant: id est nascantur & crescant. Id enim significat venio: vt Hic segetes illic veniunt fœlicius vuæ. Incipit autem ver sole primã partem arietis ingrediente:quo ingressu æquat sol lucem tenebris: propterea q̃ est æquinoctiũ. post quod dies incipiunt superare noctem. Secũdum tempus est æstas ab æstu. id est a calore nominata. Excitatur q̃ hoc tempore bilis qui humor calidus est & siccus:vt est ipa æstas. Est autem iuuentus anni: Atq; incipit cum sol ad primam partem cancri venit: quæ pars quoniã est altissima in nostro polo: facit diem omniũ longissimum:& solstitium efficitur æstiuum. Tercium tempus Autunnus nominat. quoniam in eo augeamur varia copia fructuum:Hæc autem iure dici potest virilis ætas anni in quo omnia matureſcant. Oriturq; cum sol ad primum libræ gradum peruenit rursusq; æquinoctium efficitur post quod noctes incipiunt superare dies. Vltimũ tempus est hyems cana & vera senectus anni. Efficit autem illam sol q̃primũ capricornum tangit:facitq; aliud solstitium quã brumam quasi βραχυημερον. id est breues dies latini nominarũt. Incipit autem annus fm astrologos cum sol intrat arietem. Arietem autem iccirco principiũ zodiaci faciunt:quia q̃is in sphæra nihil aut primum postremũ sit tamen incipiente die illo qui primũ fulsit:& natalis mundi vocatur arietem in medio cœlo fuisse dicunt: & mediũ vertex mundi est: & quali caput. Tũc luna cancer gestabat sol cum leone oriebatur. Mercurius virginem: Mars scorpium. Iupiter

Dierum spacium

Tethys

Augustꝰ

Erygone

Virgo

Ver

Aestas

Autũnus

ſagittarium: Venus libram. Saturnus capricornū tenebat. Nouo. Quaſi prima ſui parte. Nam ſingula hæc quattuor anni tempora in tres partes diuiduntur: vt dicamus nouum adultum & præceps Ver: & ſic in alis.

SER. Poeta multa huc tranſtulit de vltima pte libri q̄ ē œconomicos Xenophōtis: i q̄ tractat de agricultura. Sic de geor. Māgonis aphri: Catonis: Varronis: Ciceronis quoq; libro tercio œconomicon qui agriculturā cōtinet. Nā primus dat p̄cepta matriſamilias quæ domi agere debeat. Secūdus patriſamilias q̄ foris. Non habet aūt hoc opus difficultati in quæſtionibus: vt æneis niſi i paucis locis: ſed in hoc vt res poſitas intellīgam⁹: vt hæc prima p̄cepta ſignificant. Hoc em̄ dicit agrū fertilē. i. pinguē & herboſum bis arandū eſſe verno tpe: vt herbe adhuc ſine ſemie euellant̄: & humor æſtatis calore exiccēt̄: vel glebarū putreſcat duricies & ſemel in autunno cū ſeminib⁹. Agrū vero tenuem & ſterilē ſemel tm̄ arandū in autūno: ne ſi vere aret̄ exiguus eius humor ſiccetur in æſtate. Canis. Albis niue. Liquitur. Liquor nomē li breuem habet: Verbū vero longā: Sic humus breuiat̄: humanus qui inde eſt longat̄. Item itur p̄ducit̄: iturus breurat̄. Zephyro ſe. g. r. Laxant̄ fauonio flante quæ gelu cōſtricta erant. Ipſe alibi. Rura gelu tū claudit hyemis. Putris: reſolubilis. Depreſſo. Nā ingemet ſi aratrū altius imprimet̄: quæ aratio pinguí cōuenit terræ. Nam de infœcūda terra dicet: Tenui ſat erit ſuſpendere ſulco. Mibi aut vacat vt Cicero Qui mibi accubātes in cōuiuio: vel mibi ruſtico amanti terra. Taurus: Robuſtus bos. Nā tauri difficile iungunt̄. Splendeſcere: Terit̄ aratione ſed ſplendeſcit. Lucretius occulto decreſcit vomer in aruo. Dicim⁹ vomer & vomis: ſed ab vtroq; huj⁹ vomeris facit. Seges. Terra. Demū. Nouiſſime. Votis. Magna rē dixit. Nā ſæpe maiora optamus q̄ ſperam⁹ poſſe cōtingere. Solē: Dierū calorem. Frigora. ſ. nocturnū frigus: in quo duplicē ondit arationē vernalē & autunnalē. Nec ad tēpora æſtatis & hyemis referre poſſumus: qa nō ſunt in italia duæ in anno æſtates & duæ hyemes vt geometræ dicūt eſſe in Taprobane inſula Indiæ. Ruperūt: plus eſt quā impleuerūt. At prius. i. antea q̄ faciamus veruactū. Aequor. Modo lo qui dicit̄ aer. Noſces g̃ aeris qualitatē vtrū gaudeat pluuia: an ſiccitate: an frigore: an calore. Patrios cultus. Quēadmodū cultus ſit a maioribus. Habituſq; lo. i. quid melius ferre cōſueuerit. ergo habitus locorū poſſibilitates accipe. Veniūt creſcūt. vt pulchro veniens in corpore virtus. Fœtus. Poma. Inſuſſa. Nā frumēta iuſſa naſcunt̄. vnde ē illud: Atq; imparat aruis Nōne vides. Si vna p̄uincia nō poteſt ferre oia: quāto minus poterit vnus ager. Tmolus. Mons Ciliciæ: vbi naſcit̄ crocū præcipue. Nā cōmemorat vbi res meliores naſcunt̄. Nā crocū & in Aphrica naſcit̄: ſed non tale ac tantū quale in Cilicia. India. Nā & ſi in Aphrica quoq; ſint elephantes maiores tñ in India. Hinc Teren. Elephantis indicis præfecerat. i. maximis. Sabæi. Populi iuxta Syriā & Arabiā dicti ab eo qđ eſt σαβέϑαι. Nam apud eos thus naſcit̄ quo deos placamus. Molles. Quia ſub aere demētiore ſint. Lucanus: Quicquid ad eos tractus mūdiq; tepore labit̄. Emollit gentes demētia cœli. Aut qa Alexander obſcœniores ſuos milites illic cōdidit. Tus ſine aſpiratiōe dicim⁹. Nā antiqui dicebant tus. σῶτῶνθεῶν quod diſplicuit. Tura em̄ a tudendo dici volūt. i. a glebis tuſis cū quibus dicit̄ fluens ex arboribus coaleſcere.

CHRI. Liquit̄. in hoc prima producit̄: Contra autē in liqueſco vt in bucolicis. Limus vt hic dureſcit & hæc vt cæra liqueſcit. Zephyrus. Ventus eſt occidētalis q̄ ſuo temperato calore: quæ frigore hyemali conſtricta fuerat: relaxat atq; aperit. Nam cū ſol parū moret̄ in occidēti nō multū inflamat huiuſcemodi ventū: neq; humiditatē eius penitus deſiccat. Vnde tēperatus omnia tēperata reddit: Quapropter quis aſtrologi ver ab ingreſſu ſolis in arietem initiū ſumere velint. medici tamē q̄primū incipiūt flare zephyri ver inchoant: ſiue ante huiuſmodi ingreſſum: ſiue poſt id eueniat. Putris gl. r. id eſt reſoluēdo ſe putreſcit. Depreſſo. Vt altius infigat̄. Ingemere. De vi huius verbi dicet̄ in primo æneidos. Sulco. Dicit̄ ſulcus: quia inde ſubſtulit terrā vomer ex qua quidē p̄iecta porcā facit: ergo porca dicit̄ quod ex proiecta terra fiat. Vomer aūt dicit̄ a vomendo. Euomit. n. e ſulco terrā ad porcā faciendā. Demū. Poſt longam & diligentē culturam. Votis. Cupiditatibus: vt cōſequēs p̄ antecedēti. Quia. n. aliquid cupimus vota vt id aſſequimur cōcipimus. Magna ergo res eſt vt reſpondeat cupiditatibus cū ſæpe cupiamus maiora q̄ ſperemus. Sed maior vt reſpodeat cupiditatib⁹ auari in quo explebiles oino ſunt cupiditates.

Sulcus
Vomer

Bis ſolem bis frigora. Nā & ſecūdo & tercio arat̄ ſæpe terra. Nā dicūt p̄ſcindere cū primo arāt: deinde iterari cum

Liquitur: & zephyro putris ſe gleba reſoluit.
Depreſſo incipiat iam tum mihi taurus aratro
Ingemere: & ſulco attritus ſplēdeſcere vomer.
Illa ſeges demū votis reſpondet auari
Agricolæ: bis quæ ſolem bis frigora ſentit:
Illius īmenſe ruperunt horrea meſſes:
Ac prius ignotum ferro quā ſcindimus æquor
Ventos & variū cœli prædicere morem
Cura ſit: ac patrios cultus: habituſq; locorū:
Et quid quæq; ferat regio: & qd quæq; recuſet.
Hic ſegetes: illic veniunt fœlicius vuæ.
Arborei fœtus alibi: atq; iniuſſa vireſcunt
Gramīa: nōne vides croceos vt tmolus odores
India mittit ebur: moles ſua tura ſabæi.

de iterari cū iterū arat. Tercio terciari. Pli. aūt ait quarto seri sulco: hoc in loco existimat voluisse cum de sole æstiuo & frigoribus hibernis loquat. Loquit g etiā auctoritate ꝓbi grāmatici de noualib⁹ q in fine byemis circa veris initiū ꝓscindunt vt æstate ꝓxima siccent: deinde i introitu byemis semēte facta seqnti æstate reddit fructū. Ergo bis sentit frigus: semel añ æstatē. Iterū post sementē. Bis solē semel æstate q cessat: iterū q fructū refert. Vn Columella dixit: Iugeꝝ talis agri qttuor opis expedit. nā cōmode ꝓscindit duab⁹ vna iterat: terciat dodrāte. In lirā statim redigit quadrate ope. Liras aūt rustici vocāt easdē & por cas cū ita arat: vt iter duos latius distātes sulcos medi⁹ cumul⁹ sicca sedē frumētis ꝑbet. Ab eo aūt quod aratri vomer substulit sulcus dicit. Sulcos aūt illos q ex trāsuerso ducunt ampliores: vt ꝑ eos aq ex agro deducat. Elices vocāt qa aquas ex agro eliciāt. Horrea. Granaria sunt. i. loca i quib⁹ fruges cōdunt. Sūt q putēt dicta ab horrore aristaꝝ. Nā prisci fruges in spicis seruabāt. Ventus. Nā multū interest cui vēto exposita sit regio. Morē. Quid ferre cōsueuerit. Hic segetes. Repetit omnē agriculturā. Gramia herbas vt sit loc⁹ aptus pascuis. Tmolus. Mōs de quo Strabo. Tmol⁹ quidē satis coactus ē: & ambitū mediocrē babēs i ipsis. Lydiæ ptib⁹ termiat. Lydiæ quoq; montē esse Plini. & Solin⁹ asserit. Et Ouidius de Aragne: Riget arduus alto Tmolus in ascesu cliuoq; extēsus vtroq; Sardib⁹ bincillinc puis babitat bi peppis. Sardes aūt Lydiæ vrbē ponit herodotus. Tmolū igit croco florētissimo probus Solinus & Columella esse dicūt. Nec puto odores ad vnū esse referēdos vt multi ingenioſi volūt. Elices Tmolus Lira

SER. Chalybes. Populi apud quos nascit ferrū: Vnde chalybs dicit ipsa materies: vt vulnificusq; chalybs. Nudi. apd quos arbores nō sunt: vel nudi ꝓpter cædendi ferri studiū. Viroſa. Fibri canes sūt pōtici. quoꝝ testes apti sunt medicamētis ꝓpter qd vbi se q̄ri senserint: eos secāt. De quibus Cicero: Redimūt se ea pte corpis ꝓpter quā maxime expetunt. Iuuenalis Qui se eunuchū ipse facit cupiēs euadere danno testiculi. Castores aūt a castrādo dicti sūt. Viroſa. Venenata. Nā q̄uis multis morbis sint remedio tn pregnātes illorū odore obiiciūt partū: dicta ab eo qd est virus. Alii fortia a viribꝰ. Eliadū palmas e. e. Hyppallage. Nam dicit Epirus creat eqs optimas: que apud elidē palmas merent i Iouis olympici curuli certamie. profert aūt græce epyros cū accētu in prima. Nā si esset epyrus latine bret accentū i penultima. Dixit aūt eqs: qa velociores sūt eq; equi: qa vt ait Pli. iter currēdū emittūt vrinā. Cōtinuo. Iugit ad ꝓpetuū. Deucalion. Trāsit ad fabulas: vt poetice ponat principiū mundi. Durū genus. Propter ipos lapides a qbus sum⁹. Nam & græci populi λεώι dicunt a lapidib⁹. Pingue solū. Redit ad causam primis a mēsib⁹ anni qd dixi vere nouo. Puluerulēta. Quæ glebas soluit in puluerē. Maturis. Vebemēter calidis. Arcturū. Autūnali tēpore in quo orit arcturus. Sub quādo tēpus significat accusatiuo gaudet vt hic sub arcturū. i. circa arcturū. Et sub lucē exportāt calathis. Illic. in pingui. Hic. in sterili. Tōsas no. Agros messos. Dicim⁹ aūt bas noua-

At calybes nudi ferrum: viroſaq; pontus
Castorea: eliadum palmas epiros equarum.
Continuo bas leges æternaq; fœdera certis
Imposuit natura locis: quo tempore primū
Deucalion vacuū lapides iactauit in orbem:
Vnde bomines nati durū genus. ergo age terræ
Pingue solum primis ex tēplo a mēsibus anni
Fortes inuertant tauri: glebasq; iacentes
Puluerulenta coquat maturis solibus æstas.
At si non fuerit tellus fœcunda: sub ipsum
Arcturum tenui sat erit suspendere sulco.
Illis officiant lætis ne frugibus herbæ.
Hic sterilē exiguus ne deserat bumor barena.
Alternis idem tonsas cessare nouales.
Et segnē patiere situ durescere campum.
Aut tibi flaua ceres mutato sydere farra
Vnde prius siliqua lætū quassante legumē.
Aut tenues fœtus viciæ tristisq; lupini
Sustuleris fragiles calamos siluāq; sonantē
Vrit enim lini campum seges vrit auenæ:
Vrunt lætbæo perfusa papauera somno.
Sed tamē alternis facilis labor: arida tantū
Nec saturare simo pudeat pingui sola: ne ue

uales & bæc noualia: ꝓprie nouales sunt tūc primū arua ꝓscissa. Si tu. d. Vt redeat in vires priores. Cicero aūt in dyalogis & cæteri pbilosopbi tractant nō quid debeat fieri: sed qd potissimū. Sic Virgili⁹ cū ponat multa remedia agrorū ꝑ omnib⁹ ponit intermissionē: vnde hoc frequēter repetit. Aut ibi. Si angustia agrorū nō patit intermissionē ibi frumenta sere inde legumina substulisti: aut si tibi est opus frumento stercora agrū & sparge cinerē & incende stipulas. Sydere. Anno. Letū. Fertile. Legumē. Ita dicitur q manu legat: nec sectionem requirat. Frumēta vero sunt omnia quæ ex se emittūt aristas. nā farra ꝓ frumento dixit: speciē ponēs ꝓ genere. Tenuis. Nā vitia vix ad triplicē puenit fructū. Cum alia legumina puentū fertilē babeāt. Tristis. Amari. Nā incoctus amar⁹ ē. Lini seges. Bene excerpsit linū auenas & paup. nā q̄is legumia sint: qa manu legant: viri⁹ tn frumenti exæquant. Lætbæo. somno. Quia plena

sunt obliuionis. Nã Ceres Ioue admonẽte dĩ papaueris cibo orbitatis oblita: & reuera papauer gignit soporẽ. Alternis. f. l. Redit ad p̃ceptũ intermissiois q̃d dicit eẽ p̃cipuũ. pingui. Vel bũido vel fertili.

Ferrum

CHRI. Chalybes. Populi sunt in ponto apud quos vel nobile ferrũ est: vl primũ ibi repertũ. Nudi. Vel inculti: vel qa in ferri fodinas nudi ferrũ quærunt. Ferrũ. A feriendo dictum nõnulli credunt. Suaeñ sæuicia feriendo domat reliqua metalla attenuat & extendit. Aristoteles ait illud gigni ex argẽto viuo & sulphure grosso nõ puro. In cuius cõmixtione plus est de sulphure q̃ de argento. Quapropter qa dominat̃ illi frigidum & siccum terreum ferrum frigidum est & siccum: & valde durum & compactũ. Et ideo difficile in igne mollit̃: qui minus in se habet rei & aquæi magis q̃ reliqua metalla. Rubigine rodi-tur quod illi accidit pro suæ substantiæ in puritate. Nullius tamẽ rei rubigine quã sanguinis exedit̃: vt videatur sanguis humanus illo pacto se vlcisci. Caret tamẽ rubigine si ceruſa aut medulla ceruina vngat̃.

Castor

Virosa. Ambiguũ an virosa castorea an virosa pontus. nam pontus virosa quasi venenosa dici potest: quoniam teste boc eodem poeta venenis abundat vt in bucolicis: Has herbas atq; hæc ponto mihi læta venena. Ipse dedit meris: nascunt̃ plurima ponto. Castorea. Castor quem alii canem ponticum alii fibrum appellant. Est quadrupes fluuiatilis: parum differt a lutra. Nam Aristoteles in libro de animab⁹ ponit fibrum: saterium satyrium: lutrem & laticem pene i eodem genere: latacemq; dicit lutra latiorem & dentes habere adeo robustos vt virgulta illis vt ferro prædat. Hunc ait Albertus posteriores pedes habere anserinos quibus facilius natet: anteriores autẽ caninos quoniam humi quoq; gradiantur. Vulgo tradit̃ q; seipsos castrent id admonente natura cum propter testes plurimis medicamẽtis apros venatores illum insectent̃. Aiunt p̃terea fel suum euomere: cum id cognoscat ad multa medicamẽta vtile. Item coagulum ad comitiales morbos. Albertus negat posse castrari sine pnicie: qa testes spinæ alligati sint. Si quẽq; morsu depẽdit non antea dimittit q; crepitantis ossis strepitum senserit. Dentibus virgulta cædit: domũq; sibi in fluminũ ripis duabus aut tribus contiguationibus extollit vt pro incremento decrementoq; aquarum ascendat descendatue. Peregrinos castores in seruitutem redigit illisq; pro iumentis ad conuectandã materiã & cibaria vtitur. vescitur pisce pomisq; & arborũ cortice. Eius pellis nota est & in p̃cio habet̃. Nostri galeros inde conficiũt. Barbari autẽ illi apud quos hoc animal nascit̃ beuer appellant: similes lutris sunt: sed paulo maiores. Sunt ventricosi & breuioribus cruribus: quapropter currere haud facile possunt. Caudam plusq; pedalem habẽt sine pilis: pisciũ pelle tecta: appime pinguis & esui suauis sale etiã conditas condũt. Cæteræ eius carnes abominabiles: neq; est qui illis vescant̃. Medicamẽtum quod inde castoreũ vocãt: declinãt ad colorẽ nigri sanguinis. nam si varium est declinans ad nigredinẽ venenũ est: & vl interfecit eodem die vel ad malã ducit ægritudinẽ. Quãdo bonũ est calidum & siccum subtilissimæ exiccationis confert neruis & paraliticis: valet ad fœtum & ad secũdam eiiciendã. Elidum. Elis vrbs erat sub olympo: vbi ludi agebant̃ post finem quarti cuiusq; anni a monte ipso olympici dicti.

Epirus

Epiros. Laudat epirum vehementer Aristo. in li. de animabus dicitq; omnes quadrupedes illam magnas ferre excepto asino. Epiroticas aũt vaccas singulas præ sua p̃cipua magnitudine amphoras singulas implere Atq; erectũ qui mulget stare: quoniã sedendo nõ queat vbera attingere. Neq; id mirandum. Nam cũ opus largiore pastu grandioribus sit scribit banc terrã illud abunde ferre: & esse ibi excellentes oues quæ pyrrhicæ a Pyrro rege cognominent̃. De epiro dicemus in tertio libro æneidos. Epiro nostro tempore. Albania dicit̃. Equarũ. nam vt reliquas quadrupedes sic equos p̃stantes gerit. Continuo. Stat in a primordio suo.

Deucaliõ

Deucalion. Vt philosophus dixit statim a mũdi principio bas leges impositas esse a natura. Sed vt poeta fabulosum ponit principiũ mũdi. Deucalionis aũt diluuiũ nõ fuit vniuersale vt diluuium Noe. Fuit auem vt ait Varro regnante Crimao Cecropis successore: vt Eusebius & Hieronymus nõdum defuncto Cecrope. Dictũ aũt Deucalionis: quoniam maxime eius regionem oppressit. Ad ægyptũ aũt & eius vicinia non puenit. Factum est anno mũdi septimo supra tria milia & sexcentos ac septuaginta: cum vniuersale diluuiũ quod fuit tempore Noe fuerit anno quadragesimo secũdo supra duo milia ac ducentos. Dictus est autẽ Deucalion lapides: In homies cõuertisse: quia q ex diluuio supfuerant timẽtes iterũ diluuiũ se in montibus continebant aspero & ferino modo viuentes. At ille verbis paulatim emolliuit: & in planũ deducens ad mitiorem & humanũ cultum traduxit. Deucalionis autẽ filium fuisse dicunt Hellenem: a quo græci bellenes sunt dicti. Thessaliæ aũt imperasse Deucalionẽ

Arcturus

referẽt. lacẽtes. Inertes. nam qui iacẽt homies inertiã quãdã in se esse ostẽdunt. Arctũ. Arcturus qui & boetes dicit̃ custos plaustri eo quod plaustrũ sequit̃. i. septẽtriones & quasi succinctus sit septẽtrionibus

Arcas

Arcas fuit calistos & Iouis filij: a quo Arcadia nomiata. Hic a Lycaone pelasgi filio epulandus Ioui positus est: cũ an deus esset tentare vellet. At Iupiter Lycaonis domũ vbi Trapetos deinde vrbs fulmine incẽdit: & huius mẽbra restituit: & caprario quidẽ nutriendũ dedit. Verũ cum factus adolescens insciusmatri vim inferre pararet: Incolęq; Lycæi vtrũq; interficere parent. Iupiter ambos eodẽ gestu quo erant astris intulit illa vrsæ natura ille impetũ faciẽs: quẽ Home. boetẽ appellat. Signũ boc constat ex. xiiii. stellis. nã babet in dextra quattuor quæ nõ occidũt. In capite darã vnã. In singulis humeris singulas. In singulis manibus claras singulas. In mãmilla dextra obscurã vnam. In dextro cubito claram vnã. Inter genua vtraq; claram & magnã vnam q̃ est arcturus. In singulis pedibus singulas. Segnẽ. Nihil p̃ducentem quia nõ seres. Translatio ab homie nihil opante. Segnis dicitur sine igne. Quoniã quorũ sanguis frigidior est illi & corpore & animo bebescunt. Situ. Videbis in sexto.

Siliqua

Siliqua. Proprie est quæ arabice carnub dicit̃. Vnde quidam latinoq; cornubiam dixerũt. Græce xilocerata. i. lignea cornua. Huius semen dicit̃ Kirath.

Vitia

Vitiæ. Hac fruge pingueſcũt arua: nec ipsa opposa est agricolis vno sulco sata nõ sterco-

rat̃

tur non ſtercorat. Siccitatē ex omnibus quæ ſerunt maxime amat. Non aſpernat vmbroſa. Vitibus tñ præripit ſuccū: langueſcūtq; ſi in arbuſtis ſerat. Lupini. Hoc legumē & minimū vt ait Columella operarū aſſumit: & viliſſime emit: & maxime ex iis quæ ſerūtur iuuat agrū. Repoſitū in granario patit æuū. Boues in hyeme coctū maceratūq; pbe alit. Famē ſi ſterilitas inceſſit ab homib⁹ ppellit In tabulatū quo ſumus ꝓuenit optime refert. Nā ſi humor inuaſerit vermes gignit: qui: vbi oſilla lupinoꝝ ediderūt: reliqua ps enaſci nō pōt. Iugerū de cē modios occupat. Silua. Nam altius extollunt & denſi ꝓpter ramos ſurgūt. Lini. De quo Columella lini ſemē niſi magn⁹ ē in ea regiōe quā colis ꝓuētus & pciū priorat ſerendū nō eſt. Agris em pcipuæ noxiū eſt. Lupinus Linū

Effœtos cinerē immūdum iactare p agros.
Sic quoq; mutatis requieſcūt fœtibus arua:
Nec nulla interea eſt inaratæ gratia terræ.
Sæpe etiā ſteriles incendere profuit agros:
Atq; leuē ſtipulam crepitantibus vrere flāmis:
Siue inde occultas vires & pabula terræ
Pinguia concipiūt: ſiue illis omne per ignē
Excoquit vicium atq; exudat inutilis humor:
Seu plures calor ille vias & cæca relaxat
Spiramēta nouas: veniat qua ſuccus in herbas.
Seu durat magis & venas aſtringit hiantes.
Ne tenues pluuiæ rapidiue potentia ſolis
Acrior: aut boreæ penetrabile frigus adurat
Multū adeo raſtris glebas qui frangit inertes:
Vimincaſq; trabit crates iuuat arua: neq; illum
Flaua ceres alto ne quicq; ſpectat olympo.
Et qui proſciſſo quæ ſuſcitat æquore terga
Rurſus ī obliquū verſo ꝓrumpit aratro.
Exercetq; freques tellurem atq; imperat aruis.
Humida ſolſticia atq; hyemes orate ſerenas
Agricolæ: hiberno lætiſſima puluere farra:

SER. Effœtos. Cōtinua fertilitate laſſatos: vt mulier dicit effœta frequēti partu laſſata. Immūdū. Ad differētiā illi⁹ quo vtunt puellæ. Reqeſcūt. Nō etiā roborant vt intermiſſioe aratiōis: quod repetit dicēs. Inaratæ gratia terræ. Nec min⁹ liptote eſt. i. multo magis. Agros. Res in agris. ſ. ſtipulas vel qſqlias. i. purgamenta terrarū. Nā vbi ſtipulæ deſunt alimēta incendii aliūde important. Atq; le. ſt. c. v. ſ. Ebaſis poetica. Inde. ex igne. Occultas Arcana rōne celatas. Ex opinione Heraditi. q ponit oia ex igne creari. Exudat. b. Noue locut⁹. Nā nō ipe: ſed terra exudat ergo exudat ꝓ exudat. Cæca ſp. Breues cauernas quæ ſui tenuitate nō poſſunt videri. Tenues. Epithetū aquæ. vel lentæ: & penetrabiles. Adurat. Et ad ſolē: & ad frigus ptinet. Nā hæc duo eundē habent effectū. nā & frigus ē caloris initiū: & ſummus calor frigoris eſt principiū. Raſtris. Et bos raſtros & hæc raſtra legimus. Dicta aūt q terrā radāt. Flaua. Propter ariſtarū maturitatē. Ceres. nomen quod in poliſyllabis in nominatiuo ſingulari producit es cū in obliqs corripiat. Nec quicq̄. non ſine cauſa. Duæ em negatiōes affirmāt. Male g quidā legūt ī Terētio: Pater adeſt: caue ne te triſtē ſentiat. Si. n. boc eſt dicit: vide ne te triſtē eſſe ſentiat: qđ nō pt ꝓducere. Sed intellige cauere triſtem eſſe ſentiat. nā & ne & caue ꝓhibētis eſt. Quæ

ſuſcitat. i. terrā quā arauerat. Rurſus. ſ. autūnali tpe quo iam cū ſemibus arat. nā nemo bis vno tpe arat. Impat. Vt tantū ferat quātū ipſe velit. iccirco ſup dixit: Illa ſeges demū. v. r. a. a Solſticia duo ſunt. Alterum æſtiuū quod ex. viii. Kal. Iulii: cum ſol remeare ad inferiores circirculos incipit. Alterū hyemale. viii. Kal. Ianuarii. Vnde contrariū videt cū dicit hyems ſerenas: quoniā ſolſticiū etiā hyemale eſt. Sed ſciendum annū olim in duas ptes diuiſum: modo vero in quattuor partes.

CHRi. Effœtos. Effœta dicit quaſi extra fœtū. i. ptū: quod q̄uis ad mulierē quæ amplius non emittat fœtū: tñ belle & ad terrā & ad arbores q̄ ſterileſcūt referre poſſum⁹. Gratia inaratæ terræ. Nā ſi nō parit illo anno pariet ſequēti multo plura. Incēdere. Nā incēſa materia decoquit etiā tellus. Crepitātibus. Crepitū emittētibus. Inde. Ex ipſo igne q admixt⁹ humori facile multa gignit. Inutilis. Nā ſuccus naturalis terræ vtilis ē. Vt in corpe aīalis aliūs būor naturalis ē quo alit corp⁹ & gignit. Dicit q̄ ſucc⁹ aliūs noxius ē. & appellat pus. Cæca. Nō viſa. nā apiunt pori in terra q præ tenuitate nō videtur. ſed facile cognoſcunt adeſſe q emittūt ſpiritū & fiūt illi perui. Vñ & ſpiramēta & ſpiracula dicunt rimulæ tenuiores. Adurat: Ad calorē & frigus optime refertur. Ad pluuias aūt referri nō pōt. Sed cōſueuerūt poetæ quædā diuerſa ita adiūgere vni verbo: vt tamē neceſſe ſit alterū ſubintelligere. vt illud: Diſce puer virtutē ex me & tolerare labores: Fortunā ex aliis. Vbi ſubintelligendū ē opta. Sic i boc loco Tenues pluuiæ penetrādo noxiū humorē relinquat: Glebas inertes. ſine arte id eſt rudes nō excultas: nā ſi maiores reſtant glebæ terra pene inculta inarataq; relinquit: Has glebas ita integras inter duos ſulcos relictas ſcina appellauerūt. Vimineas crates quē græco vocabulo. Ceres: Quaſi geres latinæ dicit a gerendo qa omnia gerat & ꝓducat terra: A græcis aūt dicit ΔΗΜΗΤΗΡ quaſi ΓΗΜΗΤΗΡ id eſt terra mater. Eſebius aūt de præparatiōe euāgelica ait priſcos telluris vim veſtā eſſe: Et terræ lapidoſæ ac mōtane vim eſſe rbeam. Feracis aūt ac planæ cererē. Huius imago ſpicis coronat & papauera quæ fertilitatis ſymbolū ſunt circa eā ponunt. Eius filiā Proſerpina quā a Plutone raptā ferunt vis eſt ſeminis in terrā proiecti

Effœta Spiramēta Spiracula

quã ſol qui in hyemali tpe ima tenet: & ꝓpterea Pluto vocat ſub terris fouet. Vnde illã ſub terra latentẽ
Proſerpina quæritat Ceres donec fruges enaſcentes ſupra terrã extẽt. Hinc eſt locus fabulæ ꝙ illa vis id eſt ꝓſerpina
ſex mẽſes apud inferos ſit & totidẽ apud ſupos: qa byeme ſub terra eſt æſtate ſupra terrã. Verũ bas fabulas etiã aliis modis interꝓtant. De quib⁹ fortaſſe alibi. Dicit aũt filia cœli & veſtæ: qa fertilitas frugũ a ſole & a terra ẽ. Rurſus i obliquũ. Arant agricole quater campũ: ꝓſcindũt em iterãt: terciant ꝙ: & quarto
Lirare lirãt. Lirare em dicũt cũ iacto iã ſemie terrã in liras. i. in ſulcos dirigũt. Nã ſulcis muniũt porcas: ac poſtremo ſulcos aquarios: quos nominãt Elices ex trãſuerſo ducũt: ꝑ quos aquæ ex agro in foſſas extra agrũ quas appellãt colliquias deriuent. Humida ſolſticia. Multũ laborat in hoc loco Serui⁹ vt oñdat ꝑ ſolſticia intelligi æſtatẽ. Sed breuiter dicendũ videt ꝙ q̃uis ſit duplex ſolſticiũ: aliud byemale: aliud æſtiuũ: tñ cũ ſimpliciter ꝓferim⁹: ſolſticiũ intelligim⁹ æſtiuũ. Nã byemalẽ brumã a breuitate dieꝝ nũcupare cõſueruũt. Hiberno lætiſſima puluere farra. Refert Macrobi⁹ ꝙ i libro vetuſtiſſimorũ carminũ añ oĩa quæ a latinis ſunt cõpoſita: inuenit hoc ruſticũ carmẽ: Hiberno puluere verno luto grãdia farra carmille metes

SER. Lætus. bi berno ſereno. Myſia. Prouincia e Mœſia vero ciuitas Phrygiæ haud ꝓcula Troia: de qua hic videt loq ꝓpter gargara mõtes phrygiæ. Sentẽtia eſt ꝙ Meſia q̃uis diligẽtiſſima ſit circa cultũ: tñ plus ei ꝑdeſt cultus q̃ hiberna ſerenitas. Mirant gar. Dat ſenſum rei inſenſatæ. Cõminus. Stati. Male. p. Non pinguis. i. ſterilis. Ruit. i. erunt: & eſt agẽtis. Aliter aũt dicim⁹: Ruit alto a culmie troia

Lætus ager: nullo tantũ ſe mœſia cultu
Iactat & ipſa ſuas mirant gargara meſſes:
Quid dicã. iacto qui ſemie cõminus arua
Inſequit: cumuloſq; ruit male pinguis harenæ:
Deinde ſatis fluuiũ inducit: riuoſq; ſequẽtes:
At cũ exuſtus ager moriẽtibus æſtuat herbis:
Ecce ſupcilio cliuoſi tramitis vndam
Elicit: illa cadens raucum ꝑ læuia murmur
Saxa ciet: ſcatebriſq; arentia temperat arua.
Quid: qui ne grauidis procũbat culmus ariſtis
Luxuriẽ ſegetum tenera depaſcit in herba
Cum primũ ſulcos æquant ſata: quiq; paludis:
Collectum humorẽ bibula deducit harena.
Præſertim incertis ſi mẽſibus amnis abũdans
Exit: & obducto late tenet omnia limo.
Vnde cauæ tepido ſudant humore lacunæ.
Nec tamẽ hæc cũ ſint hoĩmq; boũq; labores
Verſando terrã expti: nihil improbus anſer
Strymoniæq; grues: & amaris intyba fibris
Officiũt: aut vmbra nocet. pater ipſe colendi
Haud facilẽ eſſe viã voluit: primuſq; partẽ
Mouit agros curis acuens mortalia corda:
Nec torpere graui paſſus ſua regna veterno.
Ante iouẽ nulli ſubigebant arua coloni:
Nec ſignare quidẽ: aut partiri limine campum
Fas erat: in mediũ quærebant: ipſaq; tellus

Deinde ſatis fl. Poſt generales agriculturas trãſit ad ſpecies: & ad culturas venientes ex tpe. Nã & irrigare & ſiccare nõ ꝓuenit niſi ex magna ſiccitate: aut nimio humore. Sequẽtes: iuges: aut epitheton eſt riuoꝝ. Moriẽtib⁹. Scdm pythagoricos q volũt quicqd creſcit bre aiam. vñ eſt interfice meſſes. Ecce. i. ex improuiſo. Supcilio. Altitudine: ſummitate terrarũ. Raucũ ꝑ læuia murmur: vt nõ ſolũ vtilitatẽ verũ etiã voluptatẽ afferat. Læuia. Lubrica: detrita: nitida. Scatebris. Ebulitiõib⁹: q̃s facit aqua incidens in rimas. vnde & vaſa æſtuatia ſcature dicunt. Ariſtis. Pro ſpicis poſuit. Dicim⁹ aũt hic ſpicus & hoc ſpicũ. Cice. in arato: Spicũ illuſtre gerẽs inſigni corpore virgo. ſed in. m. g. bẽt vtrũq; numerũ: in neu. ſing. tm. Luxuriẽ. Recte dicit vt oñdit rẽ ſupfluam & nociturã niſi amputet. Cũ primũ ſul. e. ſ. Cũ herbæ ad huc teneræ anteq; coganẽt i culmos. Et eſt hoc Vir. bemeſtichiũ vnũ de iuictis. Deducit. Detrahit: hoc ẽ ſiccat: vt Riuos deducere. n. r. v. i. ſiccare. Incertis. Inopportunis ſunt aũt ii veris & autũni. nã & i byeme frigus & i æſtate calor certi ſunt. Obducto. Suplito: ſupfuſo. Tepido: Noxio inutili. Lacunæ ſunt foſſæ i qbus aq̃ collecta manet. nec tñ. h. eſt ordo: nec tñ nihil officiũt. Sentẽtia ẽ ꝙ etiã poſt tot labores nocumẽta inueniunt niſi ꝓuideris. Improbus. Inſatiabilis: nulli ꝓbãdus. Intyba. Male quidã accipiũt
auẽ eſſe intybã amari iecoris. Sũt em cicorea quoꝝ radices multe ſegetes ambiũt & necãt. Fibris ãt abucẽtibus. Viã: rõnem & artẽ colẽdi. Primuſq; p. a. excuſat quæ vident poſſe damnari in Iouẽ ꝙ voluerit illis neceſſitatib⁹ excitare ingenia hoĩm quæ ex abundãtia & ocio torpeſcũt. Veterno. Pigritia. Nã vesiue dixit ꝙ radices intyboꝝ hac atq; illac decurrũt vt fibræ ꝑ iecur. i. vene quædã & nerui. Amaris. No
ternũ eſt morbus intercus. id eſt hydropiſis: quæ homies reddit pigros. In mediũ. In cõmune.

CHRI. Meſia cul. & gar. Hæc vt refert Macrobi. ſunt in Meſia belleſponti ꝓuincia: ſed ſignificatio nominis & loci duplex eſt. nam & cacumẽ mõtis Idæ & opidũ ſub ipſo mõte gargara appellat. Atq; vtrũq; hoc apparet apud Home. ergo Virgi. nõ de ſummo mõte: Nã cõſtat oẽm illã Meſiã feracẽ eſſe ab hũore ſolis. Erat em gargara tanta in fertilitate vt ꝓ imenſa multitudine gargara ponant. vt apparet apud Alceum. Et

ceum. Et Aristopha. cõposuit nomẽ ex area & multitudine. Ergo gargara opidũ positũ in imis Idæ mõtibus vnde defluẽtibus bũoribus irrigẽt: ex quo solstitiales imbres no magnope desiderat. Aeschil? aũt nõ solũ gargara: sed oẽm Mesiã fertilẽ esse scribit Hæc Macro. Vt aũt apud Strab. aparet vt Phrygia duplex est: ita etiã & Mysia. Ex quib? omnib? apparet mysia & nõ mœsia legendũ esse. Et sentẽtia poetæ q̃ hæc regio nõ tantũ cultura quãtũ suo bũore fertilis est. Fluuiũ in His. s. regiõibus quæ nõ ita abũdant bũore vt mysia. Tẽperat. Vt ariditatẽ submoueat: neq; tñ nimiũ humorẽ indicat. Sulcos eq. s. Nã maiusculis factis frugibus nõ discernũtur sulci a porcis. Stymoniæ. Thracẽses a strymone anne hic ab emo mõte fluens macedoniã a thracia diuidit. in. vii. aũt lacus diffundit̃ anteq̃ ripis coartatus vt fluui? fluat.

CHRI. Aſſaraci: Optime aſſarici: Nā binc facta ē diuiſio familiaꝝ. Tros em̄ genuit Ilionē & Aſſa racum.ab Ilione domus priameia ꝓuenit. Si quidē Ilionis filius fuit Laumedon: & Laumedōtis Pria/mus Aſſaracus aūt genuit Capi: Capis anchiſem: Anchiſes Aeneā a quo ē Iulus Julioꝝ familiæ auctor demiſſæ a Ioue. Nam Aſſaracus ex Troe natus eſt Tros ex Erictonio:& ille ex Dardano filio Iouis ex Electra. Inuidia infœlix.i.q̄ miſeros reddat inuidētes: Nā vt ē apud Hora. Inuidus inuidia cōburit in/tus & extra. Inuidia ſiculi nō iuenere tyrāni Maius tormētū Dicit ergo q̄ carebit inuidia ꝓpter magni/tudinē rerū q̄ inuidiā ſupabunt. Eſt em̄ iuidia inter pares aut paulo ſupiores. Quapropter illi qui egre/gijs ſuis virtutib⁹ longo interualo reliquos a tergo reliq̄runt oī carent iuidia & potius ſunt i admiratoe quia iam deſperamus nos illos cōſequi poſſe: Hinc græci quæ p̄clariſſima & maxima ſunt. ἀφθόνα.i. ἀνεῦ φθόνου.i.ſine inuidia appellant. Quapropter recte Flaccus in carmine. Non viſitata nec te/nui ferar pēna biformi p liquidū ætbera Vates neq; in terris morabor longius inuidiaq; maior Vrbes relinquā. Amnē ſeuerum. Quæ de inferis dicunt videbim⁹ in.vi.ænei. Epidaurus Oppidū Epiri Epidaur⁹. vbi ſunt optimi equi. Palearia. Hæc ſyriacis bobus nō ſunt:ſed in dorſo gibū vt refert Plini.hñt. Cor pora matrū. Nā ſemē paternū ꝓ artifice ē:formāq; p̄bet & vitā inducit: Materiā aūt mater ſubminiſtrat. Vñ oportet eā eſſe bñ materioſam & bñe optimā corporaturā. Propior faciē. Per ſynecdochen.i.bñs faciē ꝓpiorē tauro. Vaca vnius āni nō admiſcet ſe mari ſi admiſceť ꝓdigiū ē. Lucinā. Simplr ꝓ partu poſuit. Nā bruta lucinæ opē nō inuocāt. Vaccarū ætas Alberto magno teſte ē quindecim annorū: ea dē eſt tauroꝝ. Caſtrati vero ad vigeſimū pueniūt: Terminus iuuētutis tauri ē qnq; ānoꝝ inde icipit exica/ri. Bene ergo Homerus dixit: Taurus qnq; ānorū in robore ſuo eſt. Magni ſunt boues in Epyro vt ſcri/bit Ariſto. Pli. ait indicos ſua ꝓceritate camellos æquare & cornua q̄ttuor pedes in latitudinē habere. Boues ſoli animaliū retro amulantes paſcunt. Interea ſuperat. Optimū p̄ceptū. nā non ſolū viuentiū corpora curanda ſunt:ſed quia ſingula peunt danda eſt opera ſucceſſioni.

SER. Suffice ꝓplem ſubminiſtra: vnde & ſuffectos cōſules dicimus. Optima quæq; dies. Hæc ſen/tentia nō ſolū ad animalia ptinet ſed generaliter ad oīa. Subeunt morbi triſtiſq; ſenectus. Naturalem ordinē tenuit dicens aduenire morbos ſe/nectutē mortē. Inclemētia mortis. Inex orabilitas & durities. Semp em̄ refice Va/cat em̄. Sane dicit ante veniendum eſſe: aut anteq̄ peant repent armenta. Sobo lem armēto ſortire. Subſtitue ſumminiſtra & eſt verbū iudiciorū. Nā ſubſtitui dicunt Subſtitue iudices qui occupatorū funguntur officio.

Optima queq; dies miſeris moralibus æui
Prima fugit:ſubeunt morbi triſtiſq; ſenectus.
Et labor:& duræ rapit inclementia mortis.
Semper erūt:quarū mutaui corpora mauis

Est idē pecori delectus equino. i. vt habeat matres optimas. In spē statuet sūmittere ,i. quos vis admissarios fieri. Notāda sane exqsita varietas. Nam vt in bobus matres ante describit in eqs admissarios ante commemorat. Altius ingredit .cū exultatōe q̄dā incedit Mollia crura reponit. Enni? de gruib?. Perq; fabā repunt. & mollia crura reponūt. Primus ire viā. Matris pire vestigia. Ignoto ponti. Per quem nunq; transierat. Argutū. breue. Luxuriatq; toris animosum pectus. Nodosum: & emines pulpis. Spadices .Pheniceatos vocant. i. pfessos myrteos. Glauci aūt sunt felineis ocul'. i. quodā splēdore psusis. De terrim?albis & giluo. At qui alibi ait. Qui cādore nues an ire t. Sed aliud est candidū eē. i. quādā nitēti luce pfussum. Aliud albū q̄d pallori cēstat eē vicinū. Giluus āt ē melinus color. Multi ita legunt albis & giluo & nō albū vel giluū sed albogiluū vitupet q̄d si singuli colores vitupandi sunt q̄nto magis mixt? vtroq;. i. albogiluus Tremit artus. Figurate p artubus tremit. Voluit sub narib? ignē. Flatu idicat magnanimitatē suā. At duplex agit̄ p lūbos spina. Aut re vera duplex aut lata: vt alibi. Duplicē gēmis auroq; coronā. Itē Et duplici aptantur dentalia dorso. Talis amyclei domit? pollucis habenis cyllarus. At qui castor domitor equo? fuit sed frat̄ē p fratre posuit poetica licētia. vt Quas illi pbilomena dapes p proge. Itē reuocato a sanguie teucri p Dardani. Aut certe ideo polucē p Castore posuit qa ambo licēter & castores & poluces vocant̄. Nā & ludi & tēplū ei? & stellæ castrorum vocant̄. Martis equi λέιμος & φόβός. Et magni currus achillis. Baliarch? Xanthus Cōiugis aduētū pernix saturnus. Dū cū amica Phillyra Saturnus coiret: Ops eius vxor adueuit cuius pūtia veritus: se in equū cōuertit qualem potuit numen imitari: exinde natus est Chiron dimidia parte homo dimidia equus Sane. Ops cum de vxore Saturni dicimus o corripitur vt ops opis cum de nympha dicimus opis longa est vt opis ad æthereum pēnis auferē olympū: Pernix aūt ad equū referē. Nā saturni stella tardissima est. Pelion: Montē thessaliæ in quo Chiron habitauit. Hunc quoq; licet bonū & tot signis ,pbatū. Vbi aut morbo gravis aut iā senior ānis deficit. Duo sunt qbus minuūt̄ corpis vires: senectus & morbus: vñ mire vtrūq; coplexus ē. Abde domo. in domo. Nā si aduerbialiter vellet loqui domi diceret: Tale est illud m. iiii. Non libye nō ante tyro. Nec turpi ignosce senecte. Cice. in catōe maiore & laudat & vitupat senectutem vñ dupliciter bunc locū intelligim? aut nec ignosce turpi senecte aut nō turpi senecte ignosce. id est abde & ignosce senecte quæ turpis nō est quia per naturam venit.

Giluus

Pelion.

Semper em̄ refice: & ne post amissa requiras
Ante veni: & sobolē armēto sortire quot ānis
Necnō & pecori est idem delectus equino
Tu mō quos in spem statues submittere gētis
Præcipuū iā inde a teneris impende laborem
Continuo pecoris generosi pullus in aruis
Altius ingreditur: & mollia crura reponit:
Primus: & ire viā: & fluuios tantare minaces
Audet: & ignoto sese comittere ponto.
Nec vanos horret strepitus: illi ardua ceruix:
Argutūq; caput. breuis aluus: obesaq; terga
Luxuriatq; toris animosum pectus: honesti
Spadices: glauciq; color deterrimus albis
Et giluo: tum si qua sonū ,pcul arma dedere
Stare loco nescit: micat auribus: & tremit artus
Collectumq; premēs voluit sub uaribus ignē
Densa iuba: & dextro iactata recūbit i barmo
At duplex agit̄ per lumbos spina: cauatq;
Tellurē: & solido grauiter sonat vngula cornu
Talis amyclæi domitus pollucis habenis
Cyllarus: & quorum graii meminere poetæ
Martis equi biiuges & magni currus achillis
Talis & ipse iubam ceruice. effudit equina
Cōiugis aduentu pernix saturnus & altum
Pelion binnitu fugiens ipleuit acuto: ānus
Hūc quoq; vbi aut morbo gūis aut iā segnior
Deficit abde domo: nec turpi ignosce senectæ.
Frigidus in venerē senior frustraq; laborem
Ingratum trabit: & si qñ ad prœlia ventum est:

CHRI. Tu mō quos in spē. Mira varietas. nā in bubulo pecore a mīb? in eqno a pīb? incipit. Sūt aūt hæc tria pecor̄ genera boib? pcipua. Bos em̄ nobis terrā colit: sine cui? opa agricultura oīno difficilis esset. Equus & cōmode nos vehit & i bello auxiliat̄ egregie & i multis reb? comes ē boi: Atq; in vectu ris & veterinos bēm? equos & iumēta. Docilitas maxia ē in equo. Amissos luget dnos: dsideriis lachrimas mittit. Interfecto nicomede rege ei? equus iedia vitā finiuit: Refert pbilar. Cētaretriū e galatis occiso i pugna Autiochō potitū equo ei? illo ascēdisse: At equū idignatōe accēsū pcipitē in abrupta isse ac seq̄tēq; pdidisse. Bucephalus Alexādri equ? neminē ornatu regio isignitū pter ipm alexādrū excipe volui. In expugnatōe thebarū vulnerat? alexandrū in aliū equū trāsire nō est passus. Equus Cæsaris nullū nisi ipm Cæsarem dorso accipe volit. Hic anteriorēs pedes humanos habebat. Semiramis equū vsq; in coitū amauit vt ait Iuba. Aristo. aūt in lib. de aiabus: Equū equāq; post boiem reliqs aialibus salatiorem esse dicit. Addit etiā ipm q̄draginta dentes habere: primiores quattuor trigesimo mense mutare. Anno deinde post

Bucephalus.

deinde post binos vtrinq; nō supne & iferne. Itē alio āno q̄ttuor. Itē alio q̄ttuor. Cōplectis ānis q̄ttuor & mēsibus sex nō emittit & tūc ydoneū tps ad ꝓcurandū habet. Refert ꝓterea equū oībus tpibus & donec viuit coire. Idē facere fœmina. Dicit ꝓterea ætatē ad decimū octauū annū ꝓtendi i equo. Sed ad longum ad trigesimū vsq; ꝓduci: in nōnullis etiā ad qnq̄gesimū: sed min⁹ vruere q domi alunt q̄ gregarii. Albertus aūt cognometo magnus ait equū biēnio inire incipere sed meliorē ee fœtū post trienniū vsq; ad. xx. q est arcus fm quē minori cōiunctoe iungunt iuppiter & saturnus. Inire autē vsq; ad trigesimū annū & equā cōcipere q̄uis debiliter vsq; ad q̄dragesimū q̄d fere spatiū ē suæ vitæ: q̄uis olim iuuentus sit equus. lxx. āno⁹. Ipse aūt Albertus refert vidisse se equū ex maiorib⁹ apud militē q adhuc robustus excesserit ānū sexagesimū. Pullus. Vt pueros dicim⁹ in humano genere. ita in equo: mulo: asino: atq; camelo dicim⁹ pullos. Itē in oi auiū genere. In boue vero & elephāte vitulū. Qui etiā ex arbo⁹ radicib⁹ gignunt: pulli appelant. Hinc pullulare. Luxuriat toris: Abundat modū excedit in toris. q. d. vltra modū torosus ē. Nā mēbra torosa. i. maiores toros. i. musculos & lacertos habētia valdiora sunt. Vñ in Hercule torosa brachia pingunt. Est em̄ torus siue musculus siue lacertus. Spadices. Pallidus. Aemilianus colores in equo refert: badiū aureū. abineū russeū: mureū: ceruinū: giluū: scutulatū: albū: gutatum candidissimū: nigrū pressum. Sequētis meriti enumerat variū cū pulcritudine nigro vel albineo vel badio mixtū. Canū cū quouis colore: spumeū maculo⁹ murinū obscuriorē. Giluus color ē cinericī⁹. Aetatem quoq; ita signat: Nā bimo sex mēsiū dentes medii supiores cadunt. Quadrimo canini mutant in sra sextū ānū moliares supiores cadunt. Sexto āno quos primo mutauit exequeat. Septimo āno oīs dentes ei⁹ explent: latēt ab huic ætatis notæ. Sed ꝓuectiorib⁹ tpa cauari icipiunt supcilia canescere. Dentes plerūq; ꝓminere. Formā vero eq ita describit Columella vt sit capite exiguo: nigris oculis: aptis & breuib⁹ auriculis & arrectis semp ceruice moli lataq; nec longa: densa iuba: & i dexterā ptē ꝓfusa lato & musculo⁹ toris numeroso pectore. grādib⁹ armis: & rectis lateri⁹ inflexis: spina duplici: vētre subacto: Testiculꝰ pibus & exiguis: latis lūbis & subridētibus. i. pulchris & pinguib⁹. cauda loga & seta crispaq; mollibus atq; altis rectisq; cruribus: terete genu paruoq; neq; introrsū spectāt: rotundis dunibus: femoribus torsis ac numerosis: duris vngulis & altis & cōcauis rotundisq; qbus corone mediocres supposi tæ sunt: corpus ipsum sit grande: sublime erectū: aspectu quoq; agile. logitudo q̄ntū naturā pmittit. Cū vero natus est confestim licet indolē existimare: si bilaris si intrepidus: si aspectu nouæ rei auditu vt tere tur. si forsan sine cunctatione transit: potem flumen transcendit.

SER. Si qñ ad plia ventū est. Alibi: nocturnaq; bella.

Vt quōdā in stipul' magnus sine viribus ignis
Incassum furit. ergo animos æuumq; notabis
Præcipue: hinc alias artes ꝓlemq; parentum
Et quis cuiq; dolor victo: q̄ gloria palmæ
Nōne vides cū pcipiti certamine campum
Corripuere: ruuntq; effusi e carcere currus:
Cum spes arrectæ iuuenū: exultātiaq; baurit
Corda pauor pulsans: illi istant verbere torto:
Et proni dant lora: volat vi feruidus axis.
Iamq; bumiles: iamq; elati sublime vident
Aera per vacuū ferri: atq; assurgere in auras.
Nec mora nec reqes: at fuluæ nimbus barenæ
Tollitur: bumescunt spumis flatuq; sequentē.
Tantus amor laudū: tantæq; victoria curæ.
Primus erichthonius currus & q̄ttuor ausus
Iungere equos: rapidisq; rotis insistere victor.
Fræna pelethroni lapiteq; gyrosq; dedere
Imposiri dorso: atq; equitē docuere subarmi:
Insultare solo. & gressus glomerare superbos.
Aequus vterq; labor: æque iuuenēq; magistri
Exquirunt: calidūq; animis: & cursibus acrem
Quāuis sæpe fuga versos ille egerit hostis

Animos æuumq; notabis ꝑcipue ante oīa ætatē & magnanimitatē reqres: post cætera pentes & studiū. Et quis cuiq; dolor victoq; gl'ia palmæ. Vult ꝓbare moueri equos vel amissione vel acqsitione victoriæ. Nā eo tēdit sequēs iste decursus vnde est paulopost Tant⁹ amor laudū tāte victoria curæ. Luca. Quantū clamore iuuatur: Eleus sonipes. Ruunt effusi carcere currus: vsurpatiue ꝓ carceribus q ab arcendo dicti sunt. Nā carcer ē custodia noxiorum.

Iuuenū aurigarū vel spectātiū. Haurit. ferit vt Lat⁹ aurit apertū. Verbere torto. frequenti. s. iteratōne. Volat vi. fer. axis. Alibi. Frenaq; feruētesq; q̄ rotas. Nā tā rotæ q̄ axis cursu calescūt. Prim⁹ Erithoni⁹ Vulcan⁹ ipetrato a Ioue Mineruæ coniugio. illa reluctāte effectū libidis ꝓiecit i terrā inde natus ē puer dracōteis pedib⁹: qui appellat⁹ ē Erictonius q̄si de terra & lite ꝓcreat⁹. Nā ερις est lis & Χθών terra. Sic ad tegendā pedū fœditatem iunctis equis vsus e curru quo tegeret sui corporis turpitudinem. Rapidus. Velox. Victor. Propositi sui effector. Frena Pelethroni Pelethroniū oppidū ē thessaliæ vbi primū domādo⁹ equo⁹ vsus inuētus ē: Nā cum quidā thessalus rex bobus Oestro exagitatis satelites suos ad eas reuocādos ire iussisset: illiq; cursu nō sufficerent: ascenderunt equos & eorū velocitate boues secuti eos stimul' ad tecta reuocārt. sed bi nisi aut cum irēt velociter aut q̄ eorū equi circa flumen Penco potarēt capitib⁹ inclinatis locū fabu

Erictoni⁹.

Pelethronium

læ dederunt vt cẽtauri eẽ crederentẽ qui dicti sunt cẽtauri ἀπὸ τοῦ κὲντεῖν τοὺς ταύρους. Alii dicunt centauroꝝ fabulã esse confictam ad experimẽdã humanæ vitæ velocitatem qa equũ cõstat esse velocissimũ. Beneꝫ aũt ait Pelebtronii. qa sunt & alii lapythæ. Equitem docuere. i. equũ. Nã ꝓ equo rectorẽ posuit. Gressus glomerare supbos. Vt cũ disciplina iiceret. Quãuis sæpe fuga. Ordo ẽ. Quãuis sæpe victor fuerit q̃uis nobili genere ꝓcreatꝰ tñ a mgr̃is ætas ẽ magnanimitasq; reqrenda. q̃ si nõ tuerint. illa nihil ꝓsunt. Neptuniq; ipsa deducat origine dentẽ. i. si sit procreatus ab equo Neptũni. q editus ẽ tridẽtis pcussione. His aiaduersis. Moribꝰ & ætate depbensus. Instãt sub tp̃s. Coeundi. s. quo eis cura maior ãdbibeẽ. Denso distẽdere pingui. Nõ laxo: qđ qbusdã positiõibꝰ agasones ꝓ fraudẽ facere cõsueuerit vñ ait Dẽso pingui. .i. viribꝰ pleno. Sane pingue generis ẽ neutri. & ita i oibus idoneis inuenit̃. nã nec pingue do nec pinguetudo latinũ est. Florentesq; secat herbas. Adultas: maturiores quibus robur acquirit̃.

Ne blando nequeat supesse labori. periphrasis ẽ coitus. Ieiunia. Infirmitatẽ ex media venientem.

Nota voluptas. Dicendo nota ꝓ trãsitũ rẽ ab aliis diligẽter expressam tetigit: Nã equæ puellæ cum primũ coeunt: si macræ sunt & debilitant̃. & debiles gignũt. Post primũ autẽ partum tenues esse debẽt.

Frondesq; negant. Contra illud Florentesq; seccant q̃ herbas fluuiosq; ministrãt. Cũ grauiter tonsis. Hoc ẽ die medio. Hoc aũt ad exprimendũ diei tp̃s ẽ positũ: nõ q̃ equæ tpe æstatis coeant.

CHRI. Dolor. Na & lachrimas victos emittere & victores lœticiã oñdere dixerunt. Cũ spes arrectæ Echasis ornãdi loci cã. Instãt. Nunq̃ cessant ab ope. Torto. Nã ex crebro motu cõtorquent̃ & inflectunt̃ lora. Ruunt effusi. Pinxit illoꝝ celeritate. Iãq; humiles. Tota hæc cursus descriptio pictu ræ q̃ scripture similior ẽ. Ipse etiã cõcisæ breuesq; clausulæ faciũt vt celeritas narrãtis exp̃ssius demostret celeritatẽ currentiũ. Iã humiles iã elati. Quia saltu rẽ pagunt: vt ꝓpter eoꝝ leuitatẽ ꝓ aerẽ potiusq; ꝓ terram ferri videant̃. Tãtus amor laudũ. Iccirco accerãt qa victoriæ cupidissimi sunt. Pelethronii: frenos ac strata equoꝝ primi iuenerũt. Erichtonius. Augustinꝰ in libro de ciuitate dei ait: hunc puerũ Athenis in Vulcani Mineruæq; tẽplo ad iuẽtu serpẽte iplicatũ & qa sibi regnũ ꝓtendebaẽ diligẽter enutritũ. Horũq; deoꝝ filiũ cũ pentes ignorarent̃ iudicatũ. Idẽ Augusti. refert. Hic vt placaret iratum Appollinẽ q eius tẽplũ a Danao rege incẽsum fuerat: nec græci id ꝓbibuerãt: & ꝓpterea sterilitate regionem oppsserat ludos musicos eidẽ Appollini instituit: Itidẽq; Mineruæ vbi victores oleo donabant̃ Pli. ãt scribit Erichtonium q̃drigas inuenisse: Itẽ argentum Athenis.

Pbeletronii

SER. Hoc faciunt nimio ne luxu. Nimio pingui: & bñ rẽ turpẽ apte a Lucre. tractatã vitauit trãslatonibꝰ q̃s oẽs ab agricultura traxit vt luxu ꝓpter luxuriẽ segetum.

Genitali auro. ꝓ muliebri felliculo. quẽ vuluã vocãt. Vt etiã Pli. docet. nã añ follicul⁹ dicebaẽ. Sulcos oblimet iertes. Claudat meatus. & boc fiꝛ p trãslationẽ dixit. Nã legim⁹ supra. Et obducto late tenet oia limo. Exactis. g. c. m. Vicinis ptui. Tunc eñ diligẽti⁹ tractãdæ sũt ne abigant̃. Non saltu supare viã sit passus. Qđ solet fieri cũ pascũt pedib⁹ ipeditis: Saltibus i vacuis. Magnis. Et ple. f. ne ichinẽt̃ ad potũ. Est lucos s. c. i. u. Ordo tal' est. Circa lucos silari flumis lucaniæ & alburnũ eiusdẽ mõtẽ plurim⁹ volitãs. ac si diceret multa musca. Volitans ãt mõ nomẽ ẽ ñ ptcipiũ. Oestꝝ. g. u. vo. Vertere ex somni filitudine onomatopeiã fecere. ñ eñ possum⁹ accipe ex latia lingua mutauere. cũ cõstat greciã primã fuisse Oestrũ ãt græcũ ẽ latine asil⁹ vulgo taban⁹ vocaẽ. Cui nomẽ ãsilo romanũ est. Vt cui

Volitans.

Et patriã epirum referat: fortisq; micenas
Neptuniq; ipsa deducat origine gentem.
His animaduersis instãt sub tp̃s & omnes
Impediunt curas denso distẽdere pingui:
Qnẽ legere ducẽ: & pecori dixere maritum
Florentesq; secãt herbas: fluuiosq; ministrãt
Farraq; nec blando nequeãt supesse labori:
Inualidiq; patrum refrenãt ieiunia nati.
Ipsa autẽ macie tenuãt armenta volentes.
Atq; vbi cõcubit⁹ primos iã nota voluptas
Sollicitãt frondesq; negãt. & fontibus arcẽt.
Sæpe etiã cursu quatiunt. & sole fatigãt
Cũ grauiter tonsis gemit area frugib⁹: & cũ
Surgentẽ ad zephirũ paleæ iactant̃ inanes.

Hoc faciunt: nimio ne luxu obtusior vsus
Sit genitali aruo: & sulcos oblimet inertes.
Sed rapiar sitiẽs venerẽ: interiusq; recondãt
Rursus cura patrũ cadere & succedere matrũ
Incipit: exactis grauidæ cũ mensibus errant
Nõ illas q̃ibus quisq̃ iuga ducere plaustris:
Non saltu superare viam sit passus & acri
Carpere prata fuga: fluuiosq; innare rapaces:
Saltibus in vacuis pascant: & plena secundum
Flumia muscus vbi & viridissima gramie ripa
Speluncæq; tegant: & saxea ꝓcubet vmbra.
Est locus silari circa illicibusq; virentem
Pluribus alburnũ volitãs cui nomen asilo
Romanũ est oestrum graii vertere vocantes
Asper acerba sonans: quo tota exterrat siluis
Diffugiunt

Diffugiunt armenta.furit mugitibus æther
Concussus:siluæq; & sicci ripa tanagri:
Hoc quõdã mõstro horribiles exercuit iras
Inachiæ iuno pestẽ meditata iuuencæ.
Hũc qnoq; nã mediis feruoribꝰ acrior instat
Arcebis ḡuido pecori:armentaq; pasces
Sole recens orto:aut noctẽ ducẽtibus astris.
Post partũ cura in vitulos traducit᷑ omnis
Cõtinuoq; notas & noĩa gentis inurunt.
Et quos aut pecori malint submittere hñdo.
Aut aris seruare sacris:aut scindere terrã.
Et campũ horrentẽ fractis inuertere glebis.
Cætera pascunt᷑ virides armẽta per herbas:
Tu quos ad studiũ atq; vsũ formabis agrestẽ.
Iam vitulos hortare.viãq; insiste domandi.
Dũ faciles animi iuuenũ:dum mobilis ætas.
Ac primũ laxos tenui de vimine circlos
Ceruici subnecte.debinc vbi libera colla
Seruitio assueuerint.ipsis etorqbus aptos
Iunge pares.& coge gradũ cõferre iuuencos
Atq; illis iam sæpe rotæ ducant᷑ inanes
Per terrã:& summo vestigia puluere signent
Post valido nitẽs sub pondere fagínus axis
Instrepat & iũctos temo trabat æreus orbis.

Remulo cognomẽ erat. Sicci tanagri. Nõ multũ valentis. Tanager autẽ fluuius ẽ Lucaniæ. Et hoc dicit armentoꝝ mugitu cuncta resonare. Hoc quondã monstro. Argumẽtatur ab exẽplo dicẽs Junonẽ Oestrũ se contra pellicem defendisse. Mota autẽ fabula. Io Inachi filiã ab ipso quidẽ Ioue Iunouis aduentu cõuersam eẽ in vaccã. cui Iuno immisit oestrũ quo toto orbe fatigata tandẽ aliqñ venit ad ægyptum:& illic in Isim cõuersa ẽ. Transit autem p mare angustũ qđ bosphoron ab ea appellatum est. nunc Hellespontus nominatur. Tanager.

Pestẽ medii. Iuuen. vel quã pestẽ antẽ excogitauerat. vel meditata inferes & exercens accipiam⁹. Hora. Horendaq; cultis Diiuuiũ meditat᷑ agris. i. infert: exercet: nam & in ipsa meditatõe exercitũ ẽ. Hunc quoq; arcebis .i. etiã hoc malũ remoue: Nã mediis. s. a. istat. Tunc ẽ acrior. Et dicẽdo tps oñdit quẽadmodum possit euitari. Arcebis. g. p. i. grauido pecore. nã arceo a te dicim⁹. Sole recẽs. Orto statim. Salust. Coria recens detracta veluti glutino adolescebãt. Post partũ cura i vitu. Modo & de eqs & de bobus accipim⁹ generaliter. Notas. Characteres. Pecori submittere. Admissarios facere. Cãpum borrẽtem. Ecbasis poetica. Sufficerat eñ dicere: Aut scindrre terrã. Cætera pascunt᷑. Per hoc itelligim⁹ illa oĩa q̃ dixit aialia domi eẽ serãda.

Tu quos ad stu. Locus de bobus domãdis Viãq; isiste domãdi. istitue artẽ domãdi. Circlos. Circus ẽ principale: vñ fit circul⁹ & p syncopã circlus sicut pidũ a piculo. sædũ a sæculo

Coge gradũ cõferre. Simul icedere. Rotæ ducant᷑ inanes. Sine pondere. Trabat æreus Fortis. Sic in quito. Aerea quẽ obliquũ rota trãsiit. Hora. in cãm danaẽ terris ærea.

CHRI. Genitalia aluo. Trãslatio ab agricultura. Fit qđ est Inachus. Fuit eñ rex vigesimus prim⁹ Sicynioꝝ q Polybo successerat. Sicyonioꝝ prim⁹ rex ægyaleu fuit a quo ægyalia dicta ẽ q̃ deinde Peloponesus ẽ vocata. Incepit etiã regnũ regnante Nino apud Assyrios ãno mundi quinto ac octogesimo supra mile ac centũ: at pductũ ẽ vsq; ad mundi annũ septagetimũ supra q̃ctuor milia fuitq; vltim⁹ rex zeusippus. In vitulos. Vt pullos dicimus iuniores in equo aũt obscœnitatis vitandæ cã: Inachiæ: Ab eo regnauit ãnos. xlii. cui succedit Phestus. & ipe oue: ac in oñi volatiliũ genere sic in boue & elephanto vitulos dicimus. Sed & in hũana specie pullos dixerunt Amatores pueros obscœne amatos. Vñ fabius qui ob candorem eburnus dicebat᷑ cp eius natis fulmine icta ẽ: Iouis pullus ẽ vocatus. Pullum deniq; nigrum dicimus. Hinc pullã ficũ: & Iuu. pullatos pceres dixit. Vitulos quoq; de maiorib⁹ piscibus vt sunt delphines & balenæ. Quí & vitulus marinus piscis bos phocas appellant.

Interea pubi indomitæ nõ gramina tantum
Nec vescas salicũ frondes vltimãq; palustrẽ
Sed frumẽta manu carpes sata nec tibi fœtæ
More patrũ niuea ĩplebũt mulctraria vaccæ
Sed tota in dulces cõsument vbera natos
Sin ad bella magis studiũ turmasq; feroces
Aut alpbea:rotis prælabi flumina pisæ:
Et iouis in luco currus agitare volãtes
Primus equi labor.est aios atq; arma videre
Bellãtum.lituosq; pati.tractuq; gementẽ
Ferre rotã.& stabulo frenos audire sonãtes
Tũ magis atq; magis blãdis gaudere mgris
Laudibus: & plausæ sonitũ ceruicis amaræ

SER. Pubi indomitæ. Hoc ad iuuẽcos tm̃ ptinet. Nã de equis paulo post dicturus ẽ vt Nãq; ante domandũ ingentes tollũt aios

Nec vesca salicũ frondes. Siccas & teneras nã vescõ hoc est ꝓprie. vnde & aranearũ telæ vescæ vocant᷑. Frumẽta manu. i. etiã farragi nem eis dabis. Aut alpbe ro. p. flu. p. Quia vt supra dixim⁹ circa ea flumina maxie agitabatur curule certamẽ. Inq; vicens frenoꝝ. s. ne adhuc tenera ora ledant᷑. Et iã inscius æui. Nondũ habẽs ab ãnis fiduciam. Vbi q̃rta Vesca Telæ. Velcæ.

acceſſerit ætas.i.q̃rtus ãnus.Nã ætatẽ plerũq; generaliter dicimus & p ãno p.xxx. p cetũ p quouis tpe.Sitq; laborãti ſimilis. Prepareẽ ad futurũ laborẽ. Qualis hyp-
Hyperboreí boreis.Hipborei mõtes ſũt ſcythiæ dicti q ſuꝑ eos flet boreas.Dicit aũt equus ſic currat vt ventus. Arida nubila.Sine pluuiis.

Differt.Diſſipat. Horreſcunt.Contremeſcunt.Perſius:Scis comitẽ horridulum trita donare lacerna.i.trementẽ. Ille volat.Scilicet ventus. Verrens Trabens.

At eli metas:id eſt circi.Eleis namq; ciuitas ẽ Arcadiæ in qua agebaẽ currule certamen. & ſpẽs eſt p genere. Spumas aget ore cruentas.Quod ẽ ſignũ equi fortiſſimi ſi velut rubras egerit ſpumas Belgica eſſeda.Gallicana vehicula. Nã Belge ciuitas ẽ Galliæ in q̃ buiuſcemodi vehiculi vſus repertus ẽ. Molli:domito:vt Et mollia colla reflectit. Duris parere lupatis frenis aſperimis.Dicta autẽ ſupra a lupinis dentibus:qui ineq̃les ſunt:vñ & eoꝝ morſus vehemẽter obeſt. Cæci.Latentis. Amoris.Cupidinis. Relegant:Remouent: Tranſflumina lata.Scilicet ne natatus ſit facilis. Videndo:Dũ videnẽ:gerundi motus a paſſiuo. In magꝫ ſilua. Alii ſila legũt vt ſit mõs Lucaniæ.quod mõ nulla neceſſitas cogit.vt i æneí.Ac velut ingẽti ſila ſummoue taburno.Vbi vtrũq; ſpeciale eſt.

CHRI.n.Veſcas.Hoc nomen vt refert Gellius ex ve & eſca compoſitũ eſt.Et cum ve pticula mõ augmentũ: modo priuationem afferat:Nã dicimus vehemẽtẽ a magnitudine mẽtis: & contra dicitur vecors q̃ſi ſine corde.poterit veſcũ vtrũq; ſignificare:Ergo recte Gellius ait aliter Lucretiũ dicere ſalẽ veſcũ ab intẽſione edendi f. Aliter Luciliũ veſceũ appellare cũ edendi faſtidio: Quapropter veſcas frondes.i.quibus aũde veſcuntur iuuenci. Feſtus quoq; ſcribit veſcũ faſtidioſum ſignificare.& Lucretiũ p edace poſuiſſe vt Nec mare quæ impendit veſco ſale ſalſa peſo.Priſci ve pticulã pro re parua ponebãt.Varro oues vegrãdes fiũt atq; imbeciliæ Frumẽta:Vt ordeũ ſpelta Sin ad bella.Equinũ gen⁹ tripartito ponit Columella.Eſt emꝫ generoſa materies quæ circo ſacriſq; certaminibus equos præbet. Eſt mularis q̃ prætio fœtus ſui cõparaẽ generoſo:Et vulgaris q̃ mediocres fœminas:mareſq; ꝑgenerat.

Frenos:In ſingulari frenũ ẽ:in plurali & freni & frena.Blandis vocibus. Mãſueſcat & vocib⁹ & tactu mgri. Carpe gyrũ. Vt facile in gyrũ fleti aſſueſcat.Sinuet.Incuruet vt pedes altius a terra tollat.

SER. Reboant ſiluæ.Reſultant:remigiunt:Reboo autẽ græcũ verbũ eſt:nã apud latinos nullũ verbum eſt:quod ante o finalẽ o habeat excepto inchoo.Quod tn maiores aliter ſcribebant:tunc aſpirationem interponẽtes duabus vocalibus:& dicebant incohoo.Tria emꝫ tm̃ habebant noſa in quibus clitterã ſequereẽ aſpiratio: ſepulchrum:orchus:pulcher ex quibus pulcher tm̃ hodie recipit aſpirationẽ. Exultat.extra ſolũ ſuũ habitat. Aſpectans. Cice.de Catilina: Retorquet oculos profecto ſæpe ad hanc vrbẽ: quã ex ſuis manibus ereptã

Atq; hæc iã primo depulſus ab vbere matris
Audiat inq; vicem det molibus ora capiſtris
Inualidus & iãq; tremens & iam inſcius æui
At tribus exactis vbi quarta acceſſerit ætas
Carpere mox gyrum incipiat gͣdibuſq; ſonare
Compoſitis:ſinuetq; alterna volumina crurũ:
Sitq; laboranti ſimilis:tunc cruribus auras
Prouocet ac ꝑ aperta volans ceu liber habenis
Aequora vix ſumma veſtigia ponat harena
Qualis hyperboreis aquilo cõdenſus ab oris
Incubuit.ſcythiæq; byemes atq; arida differt
Nubila:tum ſegetes altæ campiq; natantes
Lenibus horreſcunt flabris:ſummeq; ſonorẽ
Dant ſiluæ longiq; vrgẽt ad littora fluctus:
Ille volat ſimul arua fuga ſimul æquora vertẽs
Hic vel ad elei mœtas & maxima campi
Sudabit ſpatia:& ſpumas aget ore cruentas.
Belgica vel molli melius ferret eſſeda collo.
Tum demũ craſſa magnũ farragine corpus
Creſcere iã domitis ſinito nãq; ante domandũ
Ingentes tollent animos prænſiq; negabunt
Verbera lenta pati & duris parere lupatis.
Sed non vlla magis vires induſtria firmat.
Quã venerẽ & cæci ſtimulos auertere amoris
Siue boum ſiue eſt cui gratior vſus equorum:
Atq; ideo tauros procul atq; in ſola relegant
Paſcua poſt montẽ oppoſitũ & trãſflumia lata
Aut intus clauſos ſatura ad ꝑſepia ſeruant.
Carpit enĩ vires paulatim vritq; videndo
Fœmĩa nec nemoꝝ patitẽ meminiſſe nec herbe
Dulcibus illa quidẽ illecebris & ſæpe ſupbos
Cornibus inter ſe ſubigit decernere amantes.
Paſcitur in magna ſilua formoſa iuuenca.
Illi alternantes multa ui prœlia miſcent:

Vulneribus crebris lauit ater corpora ſanguis:
Verſaq; in obnixos vrgentur cornua vaſto
Cũ gemitu reboã ſilueq; & magnus olympus
Nec mos bellantis vna ſtabulare:ſed alter

Victus abit

Victus abit longeq; ignotis exulat oris.
Multa gemens ignominiã:plagasq; superbi
Victoris:tum quos amisit inultus amores.
Et stabula aspectans regnis excessit auitis.
Ergo omnis cura vires exercet:& inter
Dura iacet pernix instrato saxa cubili
Frondibus hirsutis:& carice pastus acuta
Et tentat sese:atq; irasci in cornua dixit
Arboris obnixus trunco:ventosq; lacessit
Ictibus:& sparsa ad pugnã ꝓludit harena.
Post vbi collectum robur:viresq; receptæ:
Signa mouet:precepsq; oblitũ fertur in hostẽ
Fluctus vt in medio cœpit cũ albescere ponto
Longius:exaltoq; sinum trahit:vtq; volutus
At terras immane sonat per saxa:nec ipso
Monte minor ꝓcumbit:at ima exæstuat vnda
Vorticibus:nigramq; alte subiectat harenã
Omne adeo genus ĩ terris hominũq; ferarũq;
Et genus equoreũ pecudes pictæq; volucres
In furias:ignemq; ruunt amor omnibus idem
Tempore nõ alio catulos oblicta leæna
Seuior errauit campis:nec funera vulgo
Tam multa informes vrsu stragemq; dedere
Per siluas:tũc sæuus aper:tũc pessima tigris.
Heu male tunc lybiæ solis erratur in:agris.
Nonne vides vt tota tremor pertentet equorũ
Corpora:si tantũ notas odor attulit auras
At neq; eos iam frena virũ:neq; verbera sæua
Nõ scopuli. rupesq; cauæ at; obiecta retardãt
Flumina correptos vnda torquentia montes.
Ipse ruit.dentesq; sabellicus exacuit sus.
Et pede ꝓsubigit terrã.fricat arbore costas
Atq; hĩc atq; illĩc humerosq; ac vulnera durat
Quid iuuenis magnũ cui versat ĩ ossibus ignẽ
Durus amor nẽpe abruptis turbata procellis
Nocte natat cæca serus freta.quẽ super ingens
Porta tonat cœli & scopulis illisa reclamant

luget. Vires exercet: Ab inculto robur acquirit. Pernix mõ pseuerãs, Horatius Pernicis vxor apuli. Et ẽ tractũ pnix a pnitendo. Carice acuta: Herba durissima.

Oblitũ. Iam sæculũ ex anteacta victoria Fluctus vt ĩ medio. Sic paulatim taurus mouet ad plia Immane sonat Pro immani ter & nomẽ ꝓ aduerbio posuit: Amor omnibus idẽ Idest in vnoquoq; genere vsus ẽ amor. i. similis: vtputat i lupis vnus ẽ amor .i. similis. Itẽ in equis vnus ẽ amor. i. similis Aliisq; oibus ꝓ qlitate generis sui: sicut alibi ait. Sopor suus occupat artus. i. ipis aptꝰ Nã in oibus aialibus nõ ẽ amor vnus atq; idẽ sed in singulis generibꝰ ꝓ qlitate nature. Oblita catulotũ leæna cã. s. nimii amoris. Leæna aũt græcũ est sicut dracena. Nã nos hic & hæc Leo dicimꝰ. Leæanãq; vsurpatũ est qa in o exeuntia fœminã ex se non faciunt: vt fullo latro leo. Informes vrsi. Vel magni vel qa tpe quo nascunt carent forma. Dicit ẽm qdã caro nasci, q; mr̃ lãbendo in mẽbra cõponit. Solis desertis. Libyæ aũt in aruis serpentibꝰ plenis. Vt tota tremor ptentet equorũ corpora. Signatis sermonibus vtit ad vim amoris exaggerãdã: dicẽs & tota corpora & ptentet. i. penitus tentet cũ dicat leuẽ odorẽ equarꝝ. Si tm notas odor attulit auras. Hyppalage ẽ pro si auræ notũ odorem apportauerint. Frena ẽm virorꝝ fortiũ. Rupesq; cauæ. Ad illud respicit qd supra posuit. Post montẽ oppositum & trãsflumina lata. Sabellicus sus, Sabinus. & est spẽs ꝓ genere. Dicit autem suẽ domesticũ: quẽ cicurẽ vocãt nã de apris supra ait.. Tunc sæuus aper. Hoc ẽm vult ꝓbare nõ tm̃ feras sed etiã aialia mãsueta amore ĩ furorẽ moueri. Et ꝓsubigit terrã. i. fodit: & pedibus impellit alternis: qd pugnaturi sues facere cõsueuerunt ad acquirendũ robur: vñ etiã latera & costas terẽtes durãt ea in futura certamina. Hinc atq; illinc. Et ad pedũ motũ & ad tritio nẽ costarum. Cicurem.

Quid iuuenis. Ne forte occurrat illa aialia carere rõne dicit etiã grauius homies in amorem cõmoueri. Fabula talis est. Leãder Abydenus & Hero Sestias fuerũt inuicem se amãtes: Sed Leander ad Hero noctu ire cõsueuerat ꝓ fretũ bellesponticũ qd Seston & Abydon ciuitates interfluit cũ igit iuuenis oppræssi tẽpestate cadauer ad puellam delatu fuisset illa ꝓcipitauit se e turri. Porta tonat cæli. Aer nubibus plenus per quem iter est ad cœlum.

CHRI. Lauit. Presentis tẽpis breuis est. Erat ẽm apud priscos lauo lauas: & lauo lauis. Plautus in pseu. Gestans tabellas eas lacrimis lauis. Ater. Quia q; primũ venas egreditur cõtabescẽs nigrescit: vel quia in tauro sanguis melancholicus est Descriptio autẽ huius certaminis ac deinde fugæ. & postremo reuersionis in vltionẽ verbis a militia humana trãslatis vehemẽter illustrat. Aspectãs: Ex qua re exprimit desideriũ. Ignominia p. Magnũ oportebat eẽ dolorẽ in eo qui ꝓter ignominiã ꝙ victus esset etiã graue dãnũ vulnerũ reportaret. Super oia autẽ intolerabilis videt supbia victoris. Regis auitis: Durũ est exulare: durius ex antiqua patria: durissimũ inde pelli vbi maiores sui nõ vinci sed regnare cõsueuerant. Omnia autẽ q; hic de certamine & fuga victi: & de corpore reficiendi ac de reditu & de vltione vera esse phibent: qui de re pastoria scribunt. Magno autẽ ingenio poeta naturã animantiũ exprimit

vt in secūdis rebus obturpescant. In aduersis aūt magis magisq; excitent: vt fæpissime victores a victis vincant. Cum alteri secordiæ ignauiæq; se dedant: & fortune successu elati a nullo sibi noceri posse putēt Alteri vergentib? rebus asperis nihil inausū nihil intentatū relinq̄t. Omne adeo. Oñdit q̄; vehemēs sit amoris pturbatio. Quæ quidē omni amantiū generi cōmunis sit. Vt tota tremor pcurret equorū corpora. Ex vi. s. amoris. Aristo. em̄ lib. de aialibus Affirmat equū solatiorē esse omnibus aialibus homine excepto ipsumq; inire omni tpe & dū viuit. Quin & equæ sicut mulieres etiā fœtæ coitum patiunt. Cætera mare fugiunt: nisi quæ supfœtant vt lepores. Equæ societate coniunctæ si equa socia moriat: pullum suū nutriunt: Sunt adeo prolis cupidæ vt sæpe steriles auferant pullos a matrib? quos tueant: sed lactæ carentes deprauant quos diligunt. ait Aristoti. Equæ potissimū ex fœminis libidine accēduntur: equiuntq;. Vnde & mulieres libidinosiores equire dicimus. Quid iuuenis. Leandrū abidenū intelligit. Hoc exemplo docet tantam esse vim amoris: vt etiam in quo ratio est illi repugnare nō possit. Fabulam hanc describit Musæus græcus poeta.

SEK. Miseri parentes. i. amor parentū. Imbelles. licet sint imbelles tñ mouent ad prælīū. Furor est insignis equarū. Notabilis & pcipuus. Potniades. Potnia ciuitas est de qua fuit glaucus q cū sacra Veneris sperneret: illa irata equabus eius imisit furorē: qbus vtebat ad currū: & eū morsibus dilacerauerunt: Ordo autē talis ē. Quo tēpore Glauci mēbra malis assumpserunt potniades quadrigæ. Hoc autē ideo fingit: q; eis furorē Venus imiserit: quia dilaniatus est. Glaucus effrenatis nimia cupidine eq̄bus cū eas cohiberet a coitu: vt essent velociores. Trans gargara. trās sonantē ascaniū Gargara pro qbuslibet mōtibus: sicut ascanium pro qbuslibet fluminibus posuit: qđ & sequentia indicant. Superant montes & flumina tranant ore omnis versæ in zephyrum. Hoc etiā Varro dicit in Hispania vlteriore verno tpe equas nimio ardore cōmotas cōtra frigidiores ventos ora patefacere ad sedandū calorē: & eas exinde concipere & edere pullos: licet veloces diu tamen minime duraturos. Nā breuis admodum vitæ sunt. Exceptant: Frequēter accipiunt. Caurū pro eo; sicut saurex pro sorex: caulis pro colis. Hinc demū hippomanes. Scit lectū esse apud Hesiodum berbā cē quandā quæ hippomanes vocatur quasi ἵππου μάνια. si em̄ eā comederint equi furorē patiunt. vnde nūc adicit Vero qđ nomine dicunt. Nā vult illam berbā abusiue hippomanes dictā ab equorum furore & insania cū possint equi furere & alia q̄cunq; rōne. Reuera autē hippomanes dicit esse virus effluens ex equarū inguinibus quo tpe ferunt amoris furore & insania: vt sit hippomanes virus natum ἀπὸ τῆς μανίας τῆς ἵππου.

Potnia.

Hippomanes.

Lentū virtus: vsidū glutile. Miscueruntq; b. Exprimit argumentū maliciæ nouercarū quæ virus berbis & cantibus berbarū augmentāt venena. Singula dum capti. dum speciatim singula describimus, Hirtasq; capellas. Setosas: vt birsutūq; supcilīū. Hinc labor. Ad tuenda imbecilicra aialia. Et angustis hūc addere reb? bonorē. i. humilē materiā alto sermone decorare. Sic illud in q̄rto est. In tenui labor ad tenus nō gloria Sed me parnassi deserta p ardua. Per parnassi ardua Heliconē & citeronē montes multis dicatos significat: & hoc dicit scribendi amor rapit me ad opus arduū & ante a nullo descriptū qđ per periphrasim & allegoriā poeticā indicat. Iugis. Per iuga. Qua nulla priorū. i. dispo-

Aequora: nec miseri pñt reuocare parentes.
Nec moritura super crudeli funere virgo:
Quid linces bacchi variæ. & genus acre lupor;
Atq; canū: quid quæ ibelles dant p̄lia cerui
Scilicet ante oēs furor est insignis æquarum
Et mentē venus ipsa dedit: quo tempore glauci
Potniades malis mēbra assumpsere quadrigæ.
Illas ducit amor trāsgargara: transq; sonante
Ascaniū: superant mōtes: & flumina tranant.
Continuoq; auidis vbi subdita flama medullis
Vere magis quia vere calor redit ossibus: illæ
Ore omnes versis in zephyrū stant rupibus altis
Exceptātq; leues auras: & sæpe sine vllis
Cōiugiis vento grauidæ: mirabile dictu
Saxa per & scopulos: & depressas cōualles
Diffugiunt: nō eure tuos neq; solis ad ortus
In boreā caurumq; aut vnde nigerrimus auster
Nascitur & pluuio contristat frigore cœlū.
Hinc demū hippomanes vero qđ nomine dicūt
Pastores lentum distillat ab inguine virus.
Hippomanes qđ sæpe male legere nouercæ:
Miscueruntq; berbas: & nō innoxia verba
Sed fugit interea: fugit irrepabile tempus
Singula dum capti circūuectamur amore:
Hoc satis armentis superat pars altera curæ
Lanigeros agitare greges: birtasq; capellas.
Hinc labor. hinc laudem fortes sperate coloni.
Nec sū animi dubius verbis ea vincere magnū
Quā sit: & angustis hūc addere rebus bonorē.
Sed me parnassi deserta per ardua dulcis
Raptat amor: iuuat ire iugis qua nulla priorū
Castaliam molli diuertitur orbita cliuo.
Nunc venerāda pales magno nūc ore sanandū

Incipiens

Incipiens ſtabulis edico in mollibus herbam
Carpere oues: dū mox frondoſa reducit æſtas
Et multa duram ſtipula filicūq; maniplis
Sternere ſubter humū: glacies nec frigida lædat
Molle pecus ſcabiēq; ferat: turpeſq; podagras.

herbas aialibus. Frondoſa reducit æſtas. i. donec vernū tps adueniat. Nā vt etiā in primo diximꝰ ver & æſtas ſicut hyems & aūtūnus vnū fuerunt fm rationē hemiſperii. Turpeſq; podagras. Reſpexit ad curam quæ ſine pannis & medicaminibus ſordidis nō fit.

CHRI. Quid linces. Non idē ſunt lynces & ceruarii lupi vt multi crediderunt. Nā Pli: cū de lupis tractet ait: Sunt in eo genere q ceruarii dicant quale e Gallia in Pompeii magni barenā ſpectatū dixi mus. Huic q̄uis in fame mādeati ſi reſpexerit oblīuionē cibi ſurrepere aiūt digreſſumq; q̄rere alium. Lyncū autē humor ita redditus vbi gignunt glaciat areſcitur in gemmas carbunculis ſimiles & igneo colore fulgētes dureſcit. Norunt boc lynces & inuidētes vrniā terra tegunt: ſed eo celerius ſolidat. Lyn ces vulgo frequētes in æthiopia gigni ait Pli. & multa alia monſtroſa aialia: Vento grauidæ. Conſtat in Luſitania circa Lixiponē vrbē & Tagū amnē equas fauonio flante obuerſas animale concipere ſpm: idq; partū fieri & gigni pernicisſimū ita: ſed trienniū vitæ nō excedere ait Pli. Hippomanes ait Ariſto. Equas cū equiunt relictis ſociis ex aduerſo aquilonis aut auſtri currere: nec quēq; appropinquare ſibi pati donec vel defatigatæ cōſiſtant: vel ad marē pueniant: tunq; aliquid emittere qd hippomanes appel latur eodē quo illud qd naſcit nomine. Tale autē boc eſt quale illud ſuis quod apriā vocant. Sed boc pcipue ad amoris beneficia petit. Equarū libido eodē Ariſtotele teſte tonſa iuba extinguit. Pli. autem ſcribit. Et ſane equis amoris innaſci veneficiū hippomanes appellatū in fronte caricæ magnitudine co lore nigro: quod ſtatim edito partu deuorat fœta. Aut ſi præreptum ſit partum ad vbera non admittit. Caſtaliam. A Caſtalio filio Appollinis fons. eſt muſis ſacer. Lynx. Caſtalia

SER. Poſt binc. Cum boc feceris: & binc vnū vacat: ſicut primus ibi ante omnes. Fluuios præ bere recentes: ideſt aquā ſtatim bauſtam. Nam ſi pigram potauerint: morbum ſtatim cōtrabunt. Sta bula a ventis. Figurate ſcilicet vento non perferentia. Hiberno ſoli. ideſt contra plagam meridianam per quam ſol currit per hyemem quod ex planat dicens Ad medium conuerſa diem

Poſt binc digreſſus iubeo frondenta capris
Arbuta ſufficere: & fluuios pbere recentes.
Et ſtabula a ventis hiberno opponere ſoli
Ad mediū conuerſa diem: cū frigidus olim
Iam cadit: extremoq; irrorat aquarius anno
Hæc quoq; nō cura nobis leuiore tuenda.
Nec minor vſus erit: q̄uis mileſia magno
Vellera mutent tyrios incocta rubores.
Denſor binc ſoboles. binc largi copia lactis
Quā magis exhauſto ſpūauerit vbere mulctra
Læta magis præſſis manabunt vbera māmis.
Nec minus interea barbas incanaq; menta
Cynipbi tondent birci, ſetaſq; comantis
Vſum in caſtroꝝ: & miſeris velamina nautis
Paſcuntur vero ſiluas: & ſumma licæi.
Horrentiſq; rubos. & amantes ardua dumos
Atq; ipſe memores redeunt in tecta: ſuoſq;
Ducunt. & grauido ſuperāt vix vbere limen
Ergo omni ſtudio glaciem ventoſq; niuales
Quo minor eſt illis curæ mortalis ægeſtas.
Auertes victumq; feres: & virgea lætus
Pabula, nec tota claudes fœnilia bruma.

Extremoq; a. ideſt menſe ianuario qui ē penultimus. Nam vt etiam in primo dixi mus. Vt primus extemplo a menſibus an nis. Martio menſe inchoabat annus apud maiores Ergo extremo āno dicit extrema parte anni. Hæc quoq; nō cura. Cum de capellis loquitur figurate neu. vſus eſt ge nam integrum erat. He quoq; non curæ nobis leuiore tuendæ. Sane perite quoniā ſcit planā eſſe ouium vtilitatem eam præte rit & exaggerat meritū capellarū vt dictis in lucem ꝓmat rem per ſe minus patentē.

Mileſia magno vellera mutent. Lanæ pcioſiſſimæ: nam miletus ciuitas eſt Aſiæ vbi tinguntē lanæ optimæ. Ipſe in. iiii. Mi leſia vellera nymphæ Carpebant. Cicero in Verrem. Quid a mileſiis lanæ ſuſtulerit. Miletus

Magno autē mutent. Ingenti pcio cō parent. Nam apud maiores omne merci moniū in permutatione cōſtabat: quod & Caius homerico cōfirmat exemplo. Ty rios incocta rubores Figurate. i. q̄ coquen do tyrium traxit ruborē. ideſt migrauit in purpurā. Denſior binc ſoboles. Binos em̄ pariunt capellæ plerūq;. Barbas. Sic de quadrupedibus. Nam hominū barbā vo cam?. Incana autē dicit nimiū cana. Cym phii birci. lidyes a fluuio Cynipbæ. Miſe ris na. qa freq̄nter patiūt pticula: i vſū aūt caſtroꝝ iō dixit qa de ciliciis & poliūt lori cæ & tegūt tabulata turriū ne iactis facib?

ignis possit adherere: & bene laudat capellas dices cilicior̃ vsum & in mari & in terra prodesse mortalib⁹, hoc ē in duob⁹ elemētis concessis boibus. Pascunt̃ siluas: & pasco & pascor illā rē dicim⁹. Sūma lycæi, montis arcadiæ: & est spēs ꝑ genere. Suosq; ducūt educunt. fœtus ꝓprios & nutriūt: vñ & educatos dicimus. Quo minus ē illis curæ mortalis ægestas. Ordo est omni studio auertas ab eis ventos & glaciē. quo ægestas mortalis. i. necessitas mortalitatis minor ē illis curæ: hoc est minus ad ipsar̃ ptinæt curā. Nā hoc dicit q̃nto sibi adesse nō pñt: tanto eis a te maior ē impendēda diligētia. Cū læta æstas. Subaudi aduenerit: Dicit autē ver: quo flare zephyrus incipit vt Et zephiro putris se gleba resoluit.

Aut vero zephyris cū læta vocantibus æstas
Insaltus vtrūq; gregē: atq; in pascua mittes.
Luciferi primo cum sydere frigida rura
Carpamus dū mane nouū: dū ḡmina canent:
Et ros in tenera pecori ḡtissimus herba est.
Inde vbi quarta sitim cœli collegerit hora:
Et cantu querule rumpent arbusta cicadæ:
Ad puteos: aut alta greges ad stagna iubeto
Currentē ilignis potare canalibus vndā
Aestibus at mediis vmbrosā exqrere vallē:
Sic vbi magna iouis antiquo robore q̃rcus
Ingentes tendat ramos: aut sicubi nigrum
Illicibus crebris sacra nemus accubet vmbra
Tū tenuis dare rursus aq̃s: & pascere rursus
Solis ad occasum cū frigidus aera vesper

Carpamus. Carpere cogam⁹ aialia. E mane pasci ꝑcipit oues ꝑm more suæ ꝓuinciæ. Nam in aliqbus locis morbū cōtrahunt nisi iā sicca to rore pascant̃ Dū gramina canēt Nocturni & matutinis lucētes roris herbæ: Et cantu quærule rūpent arbusta cicadæ. Querulæ canoræ. Horati⁹. Sub cantu q̃rule despice tibiæ. Aut certe q̃rulæ ꝓpter illā fabulā dicit. q̃ Titbonus maritus Aurore post optatā lōgissimā vitā in cicadam dicit̃ ee cōuersus. Rūpent nimio. s. clamore. Iuue. assiduo ruptæ lectore colūnæ. Persius. Findor vt arcadiæ pecuaria rudere dicas. Ilignis canalib⁹: ex ilice factis. Sane & canalis melius ge: fœ. q̃ ma. ꝓferim⁹. Sic vbi magna iouis antiquo robore quercus. Quæ ē ioui cōsecrata. Nigrū qđ dicit iouis quercus & ilicibus crebris sacra vmbra. Non re vera cōsecratos lucos dicit nos petere debere: sed ita densos vt sunt illi quos religio defendit. Vñ apparet quercū Iouis & sacrā vmbrā generalia ee nō spālia epitheta. Nā diximus & omnis quercus & ioui est consecrata: & omnis lucus Dianæ. Tenues aquas. Epitheton aquarū. Alibi. At in aquas tenuis dilapsus abibit.

Miletum. Lac Colostrū.

CHRI. Extremo aquarius ano. Nā vt si principiū anni ē aries: aq̃rius. q vndecim⁹ est in zodiaco ē pene in fine ani. Hæc. s. stabula caprarū nō sunt minori cura tuēda q̃ ouiū licet nō ferant lanas vt oues sed tñ in Cilicia vt refert Aristoteles tondent̃ vt oues. Milesia vellera. Miletū in Ionia cōdidit Neleus qui genere pilius fuit: Epborus autē scribit cretenses prius eā supra mare cōdidisse vbi nūc antiqua miletus ē atq; habitatores ex Mileto cretenſi a sarpedone deductos & vbi nomē impositū a Mileto quæ in Creta est cū prius leleges locū tenerent: postea Neleum hāc nouā cōdidisse. Copia lactis. Mulieri ante septimū mēsem ꝓfusum lac inutile. Ab eo mēse quo vitalis est partus salubre pleriscq; totis māmis & in sinus aliar̃ fluit. Cameli lac mulgeb̃ ne iterū graueſcat. Suauissimū boc putat̃ ad vnā mensurā tribus aquæ additis. Bos ante partū nō habet. Ex pro semp a partu colostra fiūt ne admisceat̃ aquæ: in pumicis modū coeunt. Geuus mali vocat̃ colostratio. Caseus nō fit ex vtrinq; dētatis: q̃m eor̃ lac nō coit. Tenuissimū camelis: Mox eq̃bus Carissimū asinis vt coaguli vice vtant̃. Quæ plures q̃ternas māmas habent caseo inutilia Melioraq; binas. Coagulū inutile leperis. hædi laudatū: Melius dusipodis vnius vtrinq; dentator̃. Summa lycei. Allusit ad naturā caprarum quæ est vt pascendo ascendant & nō descendant. Vnde in zodiaco signū in quo sol ab inferioribus partibus meridianis incipit ad septentriona lis atq; supiores ptes ascendere: hac potissimū rone capricornū dixerunt. Est autē magna laus & q̃ lacte pleq; vincant oues: & q̃ loca inculta satis illi sint ad pascua: & q̃ custode non multū indigeant: quando sua sponte paste domum redeant. Ergo. nam cum non egeant auxilio humano nisi in byeme non sunt eo tempore deserendæ.

SER. Tēpat. refrigerat æstatis calorē, Reficit recreat. Luna nox. Litora alcyonē. i. quo tpe resonat p littora alcyō auis: cuius fabulā i primo memorauim⁹ p dumos vero achātis q̃ alii luscinią eē volūt: alii vero carduellum q̃ spinis & carduis pascit̃: vt ide etią apd greco. Achātis dcā sit ab achātis. i. spinis qbus pascit̃. Quid tibi pastores libyæ. dicit ꝓ q̃litate ꝓuinciar̃ diuersa eē genera pastionū. Sine vll' bospitis: sine vllis stabul'. Armētari⁹ afer agit. Abusiue armentiū posuit. Nā nūc đ gregib⁹ loq̃t̃. Tectūq; laręq;. Tētoria militū more: ac si eā diceret.

Temperat: & saltus reficit iam rosida luna:
Littoraq; alcyonē resonant acbandida dumi.
Quid tibi pastores libyæ: quid pascua versu
Prosequar: & rarис habitata mapalia tectis:
Sæpe diem: noctēq; & totū ex ordine mensem
Pascitur: idq; pecus longa in deserta sine vllis
Hospitiis: tantū campi iacet. omnia secū
Armētarius afer agit: tecunq; laremq;:

Amydæ

Amycleūq; canē. Laconicū; & est spēs pro

Armaq; amyclæūq; canē: cressamq; pharetrā

Non secus

Non ſecus ac patriis acer romanus in armis
Iniuſto ſub faſce viã cum carpit: & boſti
Ante expectatum poſitis ſtat in agmine caſtris
At nõ qua ſcythie gentes mæticaq; vnda
Turbidus & torquens flauentes iſter barenas:
Quaq; redit mediũ rhodope porrecta ſub axẽ
Illic clauſa tenent ſtabulis armenta neq; vllæ
Aut herbæ campo apparẽt: aut arbore frondes
Sed iacet aggeribus niueis informis & alto
Terra gelu late: ſeptemq; aſſurgit in vlnas:
Semper hyems: ſemp ſpirãtes frigora cbauri.
Tum ſol pallẽtes baud vnq̃ diſcutit vmbras
Nec cũ inuectus eqs altũ petit æthera nec cum
Præcipitem occeani rubro lauit æquore currũ
Concreſcunt ſubitæ curreti in flumine cruſtæ.
Vndaq; iam tergo ferratos ſuſtinet orbes
Puppib⁹ illa prius patul': nũc boſpita plauſtris
Aeraq; diſſiliunt vulgo: veſteſq; rigeſcunt
Indutæ: cæduntq; ſecuribus humida vina.
Et totæ ſolidam in glaciem vertere lacunæ.
Stiriaq; impexis induruit horrida barbis
Interea toto non ſecius aere mingit.
Intereunt pecudes: ſtat circumfuſa pruinis
Corpora magna boũ cõferroq; agmine cerui
Torpẽt mole noua: & ſũmis vix cornib⁹ extãt.
Hos nõ immiſſis canibus nõ caſſibus vllis
Puniceæ ve agitant pauidos formidine pœnæ
Sed fruſtra oppoſitũ trudentes pectore montẽ
Cõminus obtruncãt ferro: grauiterq; rudẽtes
Cædunt: & magno læti clamore reportant.
Ipſi in defoſſis ſpecubus ſecura ſub alta
Ocia agunt terra: congeſtaq; robora totas
Aduoluere focis vlmos: igniq; dedere:
Hic noctem ludo ducunt & pocula læti
Fermento atq; acidis imitãtur vitea ſorbis.
Talis hyperboreo ſeptẽ ſubiecta trioni
Gens effrena virum ripbæo tundit̃ euro

genere. Amyclæ aũt eſt ciuitas laconiæ: vñ eſt. Talis amyclei domit⁹ pollucis babenis Cyllarus. Patriis armis: acer roman⁹. Generaliter ſibi cõceſſis. ac ſi diceret martiis. In iuſto ſub faſce. ſub magno onere vt ego boc te faſce leuabo. Magnũ aũt onus dicit ꝓpter arma: alimẽta: veſtitũ. Ante expectatã. i. dicto citius. añq̃ ei⁹ expectet̃ aduentus: & ẽ vna ps orõnis: boc eſt aduerbium.

CHRI. Soluisti.qm̃ mortuis ea pstare tenemur. Fata mea.primo respondet vltissimis. ne acceptoꝝ bñficioꝝ videatur ingratus. Deide ondit nec sua ignauia:neꝯ alioꝝ culpa in eas calamitates incidisse: sed suo malo fato:& scelere Helenæ:est hæc oratio absoluta.Principio enim comparat sibi beniuolentiã a persona æneæ:ꝙ officium pstiterit non solũ vt officiosus:sed vt amicus.Deinde a sua:& ꝙ gratũ se beneficioꝝ ostendat:& ꝙ non sua culpa in eam miseriam inciderit.Hinc enim concitatur misericordia:qua nihil vehemẽtius est ad beniuolentiã cõciliandã.Deinde ita narrat: vt ondat quo hæc gesta sint quæ æneas nosse nõ poterat eo tpe quo sunt gesta ea quæ ipse nouerat obtruncat.Nouerat ei nãꝯ vt supma & reliqua.Nõ nouerat aũt hæc illa choꝝ:& quæ sequuntur. Nãꝯ vt.Cum magno ai dolore hæc pnuncianda sunt. Et nimium m.nam & si miseriaꝝ obliuisci cupiamus : tñ qm̃ vehementer infixa memoriæ sunt pp illarũ magnitudinẽ necesse est etiã:si nolimus vt recordemur. Cum fatalis equus.narratio hæc & breuis est: quia neꝯ altius q̃quam repetit:neꝯ longius c̃ oportet psequit̃:Neꝯ supuacaneũ quic̃ addit.Est dilucida quia & suo ordie narrat:& verbis aptis.& pspicuis:Est verisimilis:qa neꝯ a natura reꝝ & psonaꝝ:neꝯ a cõsuetudine discedit.Et qm̃ accusatoris est oratio dispersa est variis accusationũ seminibus. Euantis.pro euantes.Dicunt̃ em̃ euanthes bacchãtes:qa bacchus Euam dicit̃.Fuit ãt duplex occasio: & ꝙ sub specie sacrorum danaos euocare:& ꝙ dormiente marito sine negocio intra domũ admittere potuit. Tunc me. Excusat suã somnolentiã:ne iners fuisse videat̃. Infœlix. Actiue posuit.Nam ex matrimonio hæc oia sibi mala euenerant.Pot & absolute pferri infœlix thalamus:Nam oibus infœlix fuit helenæ thalamus. Egregia. Grauissima ironia. Interea.Dum profunde dormiebam.Fuerat circũspectus ꝙ arma reliquerat:sed dolo vxoris illis expoliatus est. Intra tecta vocat m.Quomodo ergo se defendere potuit:si astutia & dolo mulieris & armis exutus & hostibus circũuentus est. Menelaũ.Ad quem vltio in primis pertinebat. Scilicet: Demõstrat fuisse cãm cur ei expediret deiphobũ prodere:quæ est in partibus pbabilis : Sperabat em̃ tanto beneficio & maritũ sibi reconciliare:in cuius manus oio vẽtura erat:& infamiã sui egregia discessus purgare:Nam si troianos non amaret:non volens secuta videbatur Paridem sed inuita abducta.

Euantes

Nox ruit ænea:nos flendo dicimus horas
Hic locus est:partes vbi se via findit in ambas
Dextera quæ ditis magni sub mœnia tendit:
Hac iter elisium nobis: at læua malorum
Exercet pœnas: & ad impia tartara mittit.
Deiphobus contra ne sæui magna sacerdos.
Discedã:explebo numeꝝ reddarq; tenebris.
I decus i nostrum: melioribus vtere fatis.
Tantum effatus:& in verbo vestigia torsit.
Respicit æneas subito:& sub rupe sinistra
Mœnia lata videt triplici circũdata muro:
Quæ rapidus flãmis ambit torrẽtibus amnis
Tartareus flegethon:torquetq; sonãtia saxa.
Porta aduersa ingẽs: solideq; adamãte colũnę
Vis vt nulla virum:non ipsi excindere ferro.
Cælicolæ valeant: stat ferrea turris ad auras
Tisiphoneq; sedens palla succincta cruenta.
Vestibulum ipsa somnis seruat noctesq; diesq;.
Hinc exaudiri gemitus: & sæua sonare
Verbera: tum stridor ferri tractæq; catenæ:

SER. Nox ruit.i. iminet:si per diẽ sacra celebrabant̃:si per noctẽ finiẽ̃. Flendo.ppriẽ nã & lachrymæ & gemitꝰ fuerant. In ambas.Cõpendiosius c̃ si duas diceret. Poteramus em̃ etiã spare.Sic Sal.inter scdm atq; vltimum bellum carthaginẽse:& non terciũ. Elysium.Ad elysiũ. Maloꝝ.Impio.Impia.Vbi impii puniuntur. Nec sæui.antiquius dictũ.i.ne sæuias: Nec iperatiuũ iũgimus aduerbio imperantis Explebo.Vt diximus explebo est minuã Ennius:Nauibus explebãt sese terrãq; replebãt. Quẽ caper secutus cũ de ppositõe ex tractaret hoc exẽplũ posuit.Ergo minuã vestꝝ numeꝝ & reddar tenebris. Nã circa æneæ & sibyllã aliq d lucis fuisse itelligimus. Alii explebo male putãt cõplebo esse vmbraꝝ.s. qbus excesserat nũeꝝ.Alii explebo numeꝝ dicũt eẽ finitũ tps statutũ purgationi:& in corpꝰ reuertar:vt hoc sit Reddareq; tenebris: vt illã Clausæ tenebris & car.c.vt sit sensus: Irascęris mihi q̃si bõ non ne & ego bõ futurus sum.Alii legũt cur irascęris in bis locis sum c̃ diu vitæ per vim ereptæ explẽã tps post tenebris.i. meis sedibꝰ reddar Sed hæc no cõgruũt.Non em̃ itelligeꝝ possumus deiphobum respondisse ad alia c̃ sibylla voluerit.s.illum abscedere. I decus i nostrum m.v.f.Vel I decus nostꝝ & vtere melioribꝰ fatis inferorum comparatiõe:quia ait supra An quæ te fortuna fatigat: Vt tristes sine sole domos:Vel vtere melioribus fatis nostrũ.i. quã aut ego aut tu habuerimus. Mœnia.Tartarũ

exprimit quem vult esse carcerem nocentum.
Lata. vt ostendat numerum malorum. Tri-
plici. valde munitum explicat locum. Tor-
quet. trahit. Aduersa ingens: distinctione tolli
tur vitium duorum epitbetorum. Adamante.
quo lapide nihil est durius. Virum. Virorũ.
fortium: Cice. Virũ res illa quærebat. Per boc
ostendit nullum de tartaro posse ad superos
egredi: ne deorum quidem fauore. Stat. Emi-
net: Auras autẽ inferis cõgruas intelligamus
Et Sta. de Mercurio ait pigræ auræ eius impe

Constitit æneas: strepitũq; exterritus hausit:
Quæ scelerũ facies o virgo effare: quibus ve
Vrgent̃ pœnis: quis tantus plangor ad auras
Tum vates sic orsa loqui: dux inclyte teucrũ
Nulli fas casto sceleratum insistere limen.
Sed me cum lucis hecate præfecit auernis
Ipsa deum pœnas docuit: per quæ oia duxit.

diebant volatum. De illo enim loco multi quærunt Quis tantus plangor ad auras pollio dicit æneæ & Si byllæ: quæ secum traxerant illi: cum constet esse illic auras. Strepitumq; exterritus hausit. Hausit & exter ritus est per hypallagen. Facies. Species. Casto. pio. Ostendit̃ æneam ingredi voluisse: sed quasi pium esse prohibitum. Insistere. Insisto illam rem dicimus: & insto illi rei. Sed me ne forte queratur vnde illa cognouerit. Pœnas deum docuit: quas dii statuerunt: aut Titanũ: quos deos legimus: Vel vere pœnis deorum: quia ait orpheus q̃ dii peierantes per stygem nouem milibus annorũq; puniũtur in tartaro: Vnde ait Statius: Et styx periuria diuum Arguit.

DO. Sed comes. Quæ illi ppea iuncta fuit: vt oibus instrueret ignorantem. Breuiter. ne longitudi ne sermonis tempus terreret: cum ipsa breuitatis admõeret. In ambas: Honesta locutio in ambas potius q̃ in duas. Intelligeenim q̃ ambas vias dixerit: quæ essent natæ ex vna. Melioribus vtere fatis. placuit sibyllã & æneæ fœlicia ominatus est. Mœnia lata videt. Locũ describit idoneum coercendis reis. Primo tri plici muro clauditur: ne facile euadere possint. Portæ ita sunt robustæ: vt neq; diuina neq; humana possint frangi. Postremo omnia fluuius claudit: qui & saxis & flammis transitum prohibet. Dux inclyte. magna poetæ copia. quotiẽs em̃ sibyllã loquentẽ inducit cum æneа: totiẽs principia cum eius laude variauit.

CHRI. Nox ruit æneas: nos f. d. b. Grauissima increpatio. q. d. Nos tempus ipsum q̃d nõ nisi in rebus seriis adhiberi cõuenit in vanis futilibusq;: & nihil profuturis terimus. Partis. pro partes Ait Priscianus Ambas. compendiose loquitur ne in id incidat vitiũ: cuius æneam damnabat. Posuerat ãt hactenus eos in quibus vitia ac virtutes promiscue esse possent: nũc aliam dicit esse viam: quæ ducit ad bonos aliam q̃ ad malos. Dextera. nam omnia dextera bona quẽadmodum omia sinistra mala. Ergo recte ad beatos de ducit dextra via. Quod etiam samius pythagoras expressit in littera y. cuius ipse auctor extitit. Nã cum unica linea ad aliquod spacium ferat̃ indicat eam vitæ partẽ: quæ nec virtuti nec vitio pp teneram ætatem emancipatur. Cum vero peruentum est ad biuium: & alter ramus in dexteram surgit: alter in sinistram flectitur: tunc bonos a malis diuidit: vt ostendat qua via pergant soli boni: & quia rursus soli mali. Vñ Per sius: Deducit trepidas ramosa incompita mentes. Explebo. recte Seruius: Vel audiamus Macrobium: qui ait animam corpori quadam certa numerorum ratione sociari: qui cum defecerint: illa arcana vis soluitur: qua societas vitæ constabat. quo in loco adducit auctoritatem huius carminis. Muro. Ambitus murorum. Ostendit ambitum contractus in vitiis a quibus ita complexi sumus: vt inde abire non liceat.

Triplici. Quia mente. verbis & actione peccatur. Vel notatur q̃ initium peccati a mala mente est a qua secundo loco surgunt actiones ex quibus frequentatis tertio in loco contrabitur habitus. Huiuscemodi in peccatis progressum ita explicat sacrorum carminum poeta: Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum: ideest qui non vertit animum ad deprauatas cogitationes. Et in via peccatorum non stetit. i. non frequentauit actiones secundum malas cogitationes. Et in cathedra pestilentiæ non sedit. i. non obduxit in illis habitum. Porta ingens. nam late patet via quæ ducit ad vitia. Solitudo. duro. Nihil enim est adamãte durius. Vel solido: quia columnæ non sunt tabulis adamantinis incrustatæ: sed sunt totæ ex adamante. Adamas autem græce dictus: quia nulla vi dometur ab α priuatiua & damao domo. Nam neq; ferro neq; igni vincitur. Nam in cudibus positus ita ictus respuit: vt ferrum vtrunq; dissultet. Ignium autem adeo victrix est eius durities: vt igni imposita nunq; incalescat. Verum vt appareat concordia discordia q̃ rerum naturæ: quam sympathiam antipathiam græci vocant. Hæc vis ferri igniscq; cõtemptrix sanguine bircino frangitur: ac non aliter q̃ recẽti calidoq; macerata. Dissidet cum magnate lapide intantum. vt iuxta positus ferrum non sinat trahi. Venena facit irrita. Timores pellit. ponit autem locum & ædificiis & materia qua sunt ædificia & situ & custodibus inexpugnabilem: quia ex habitu vitiorum impossibile pene est ad virtutem gradum reuocare nec tamen excusatur: quia in eo est. Nam quãuis non videatur voluntario peccare: quia ab habitu cogitatur: tamẽ quia actus ex quibus ipse cognoscebat se in habitum labi voluntarii: & in sua potestate erant voluntarium dicitur peccatum. Quapropter quẽadmodum qui lapidem contorturus erat: poterat non torquere: quãuis deinde cupiat cum iecerit reuocare tamen dicitur voluntario ferire: quia principium contorquendi in eius arbitrio fuerat. Sic ille qui habitu iam contracto peccat iure dicitur voluntario peccare: quoniam viderat ex actis a quibus abstinere facile poterat se venturum in illam necessitatem. Cælicolæ. Nam etiam vis illa rationis q̃ in nobis cælestis diuinaq; est vix habitũ tollere potest. Stat. erecta est. Tisiphone. recte pro conscientia nostra ponit̃. Nam illa semper cruciamur. Quæ scelerum facies. Iure miratur vir bonus: vnde sint animi tormenta: interrogauitq; sibyllam. i. rationem: illa autem docet quæ diuino fauore didicerat. Nulli casto. impolluto a vitiis non licet esse inter

Vitia ergo

uitia: ergo illa ratione nec vitia norit ratio: nec quæ supplicia sint vitiis: Sed intelligimus noster is enim est syllaba: cum ab immortali deo pfectus sit inferno. i. appetui quæ pars inferior est & in qua vitia versantur illa diuino adiutus fauore cognoscere valet.

Gnosius hęc rhadamãthus hẽt durissima rægẽ
Castigatq; auditq; dolos: subigitq; fateri
Quę qs apud superos furto lętatus inani
Distulit in serã durissima piacula mortẽ.
Continuo sontes vltrix accinta flagello
Tisiphone quatit insultãs: toruosq; sinistra
Intentãs ãgues vocat agmia sæua soroꝝ.
Tum demũ borrisono stridẽtes cardine sacræ
Pandunt portæ: cernis custodia qualis
Vestibulo sedeat: facies q̃ limina seruet.
Quinq̃ginta atris imanis hiatibus hydra
Sæuior intus habet sedẽ: tum tartarus ipse
Bis patet in p̃ceps tantum: tẽditq; sub vmbras
Quantus ad ętbereũ cœli suspectus olympum:
Hic genus antiquũ terræ titania pubes
Fulmine deiecti fundo voluunt in imo.
Hic & aloidas gemios imania vidi
Corpa: q manibus magnum rescindere cœlum
Aggressi: superisq; iouẽ detrudere regnis:
Vidi & crudelis dantẽ salmonea pœnas:
Dum flamas iouis: & sonitus imitat olympi.
Quatuor hic infectus eqs: & lampada q̃ssans.
Per graium pp̃los mediæq; p elidis vrbem
Ibat ouãs: diuũq; sibi poscebat bonores
Demens: q nymbos: & nõ imitabile fulmen
Aere: & cornipedũ cursu simularat equoꝝ.
At pater oĩpotens densa ĩter nubila tellum
Contorsit: nõn ille faces: nec fumea tedis

SER. Rhadamãt⁹: hic & minos & aeacus filii iouis & europæ fuerũt. q postea facti sũt apd inferos iudices. Subigitq; fateri. cõpellit ad cõfessionẽ. Furto lætat⁹ iani. latebra nõ valde pfutura. quippe quæ fuerat publicanda pt⁹ mortẽ. Distulit in serã. in grauẽ: vt serũ bellũ in angustiis futurũ. Piacula cõmissa pp q̃ expiatio adhibet. Accicta fla. aut hoc dixit q̃d videm⁹: ga q lõgo flagello vtit. vt is p⁹ictũ in se reuoluat necesse est Aut accicta ẽ instructa ad verbera. s. id ẽ nocẽtes flagello q̃tit ipsa prepata. Agmia sæua soroꝝ. aut impetus aut de harpyis: dixit aut serpentũ agmia quos p comis hnt. Tũ demũ borrisono. mittunt ĩnqt pt⁹ verbera ad æternũ supplicĩũ. & ẽ secut⁹ ordinẽ iuris antiquũ. nã p⁹hibitam qõnem ad tullianũ ad vltimũ supplicĩũ mittebãt. Alii hoc a poeta dcm̃ volũt: vt illa loq̃nte intelligam⁹ portã cẽ patefactã. Alii cõtinuãt narratõeꝫ. Sacre. execrabiles. Cernis custodia q̃lis. custodia ẽ q̃ custodit: nõ q̃ custodit: Vsurpatũ ãt ẽ sicut hospita: sicut neptis: nam hic & hæc custos facit: Hæc ei q̃ finiunt ĩ o: vt fullo: i os vt nepos: i es vt hospes fœmínia ex se nõ faciũt: q̃ ãt iuenim⁹ vsurpata sũt. Vñ & dissilĩa iueniunt: nã custos, custodia facit & nepos neptis. Vestibulo se. Sigt megarã: hoc ãt dicit. Cernis hãc cꝫ sæua sit: sũt & int⁹ aliæ. Atris imanis hiatib⁹. q̃ sæuior cꝫ hydra fuit. Mlti ipsã hydrã fuisse dnt: q̃d n̄ pcedit: nã eã ĩ auditu legim⁹ iferoꝝ: vt Ac belua lernæ: q̃ alii tria volũt habuisse capita alii noue: vt simonides dicit qnq̃gita. Tartar⁹. Vel qa oĩa illic turbata sunt. ἀπὸ τοῦ ταράχου: aut q̃d ẽ meli⁹ ἀπὸ τοῦ ταράττειν. i. a treore frigoris. Sole ei caret

Bis pt; in p̃. Ideo in p̃ceps addidit: qa põt q̃d ẽt sursũ patere. Videt ãt hoc a prudẽtioribꝰ: ideo dcm̃ qa fm rõnẽ sphæræ sol cũ in vnã cõcesserit ptẽ: duæ quasi tartaꝝ faciũt: vna a q̃ discessit: & alterã ad quã nunq; accedit. q̃d meli⁹ sphæræ idicat rõ: hoc ãt dicit

Tartarus ipse bis tm̃ in p̃ceps patet & tendit sub vmbras: quant⁹ ẽ suspectus. i. altitudo ad olympũ æthereũ. Hic gen⁹ antiquũ terræ. i. primũ. Titanas em̃ contra saturnũ genuit: gigantes postea contra Iouẽ & ferunt fabulæ Titanas ab irata contra deos terra in eius vltionẽ creatos. vnde & titanes dicti sũt ἀπὸ τῆς τίσεως. id est ab vltione. De bis autem sol abstinuisse narratur ab iniuria numinum. vnde & cœlũ meruit. Aloidas geminos. Aloeus Ipbimedíam vxorem habuit: q̃ compressa a Neptunno duos pepit: Othum & Ephialtem: qui digitis nouem p singulos menses crescebant. Freti itaq; altitudine cœlũ voluere subuertere: sed confixi sunt Dianæ & Appollinis telis. Aloidas aũt sic dixit. vt de hercule amphytrionades diximus. Geminos. sui similes. Crudelis pœnas. Sæuas nimias. Nam nõ dicit indignas ferentẽ q̃ sacrilegus fuit. Salmonea. salmoneus aeoli filius fuit nõ regis ventoꝝ: sed cuiusdã apud elidẽ vbi regnauit: q̃ fabricato ponte ereo sup eum agitabat currus ad imitanda tonitrua. & in quẽ fuisset iaculatus facem: eum iubebat occidi. Hic postea verum expertus est fulmen. Mediæq; p elidis vrbem binc ẽ indignatio q; in ea ciuitate Iouem imitebant: in qua spãliter iuppiter colitur. Densa inter nubila. oñdit fulminis cãm & originem. Fumea lumina. i. terrena. Nam æthereus ignis caret fumo: solo em̃ splẽdore viget. Contorsit: proiecit cum impetu.

DO. Distulit, nam quis boies latuerint scelerati nõ pœnas euaserũt: sed in aliud tps distulerũt: Custodia qualis. nõ expssit quæ esset. vt q̃q̃d tetrũ borrendũ. ac detestabile cẽt cõtuẽs colligeret æstimatio Ergo suppssit spãlitatem: ne sola putaret quæ forte posuisset. Sedeat. vt oñdat assiduitatem & conti-

nuationē facti. Bis patet in p̄ceps. vt si cœli altitudo sit centū. pfunditas inferni sit. cc. Ne aloidæ: q̄ manibus cœlum tangerent: ex infimo inferno fastigium possent tangere & inde abire.

CHR. Cnosius cretensis a Cnoso vrbe: nā q̄uis multas vrbes hꝫet creta: tres tamē olim reliquæ teste Strabone in eadē insula nato excellentissime fuerūt. Cnosos: Gortina: & cydonia. Est cnosus i insula a parte aglonari e regione peloponēsi. q̄ seq̄ntib⁹ tpibus romano colonia facta ē. Rhadamātius. vide seruium: Strabo tñ dicit auctore Epboro Rhadamantū antiqssimū cretæ regē fuisse: & primū legibus cretenses instituisse: cui⁹ imitator Minos deinde extitit: fratrēq̄ bñit ex hui⁹ imitatōne rhadamantū appellatū. Diodorus tñ siculus ait Iouem e pbœnicia in cretā europā rapuisse: & ex ea minone: rhadamantū. & sarpedonē genuisse: ac deinde europē Asterio regi cretensi vxorē dedisse: q cū filiis careret: illos successiōe regni adoptauit: & Minos regnū suscepit: Rhadamātus leges cretēsibus tulit. Durissima. Quia ibi iudices inexorabiles grauissima supplicia inferūt. Subigit. Cogit. Flagello. ppie flagra sunt virgæ subtiliores in arboribus dictæ qa vento flatu facile cōmoueant. His aptissime verba incutiunt. a flagro vero fit flagellū. Iuue. Mittent bracæ frena flagellū: ē aūt ex more ro. tractū: q prius verberabāt: deinde capite mulctabant. Custodia. Custodia ēt p eo q custodit ponit: vt in iure ciuili: Si custodia se interfecerit: vel pcipitauerit: militis culpæ ascribitur. Et suetonius de domitiano Nec nisi secreto: & solus plærasq̄ custodias receptis in mano catenis audiebat. Hic aūt p custode ponit. Qualis. Nihil āt diffiniuit: sed ita locutus ē: vt qcqd terribile & horrendū inueniri possit: cogitatio auditoris colligere q̄at. Vocat ag. Sic statius Stridor ibi & gemitus pœnaq̄ atroq̄ tumultu Feruet ager sæpe enmenidū vocesq̄ manusq̄ i medium sonuere diē. Hydra de hac dcm ē in supioribꝰ. Bis pꝫ in p̄ceps. Demōstrat eē æquales descēsum & ascensum: qa inter vitia & virtutes ē positus. Alii dicūt qđ tanta ē ista imersio quāta eē pōt sensibilis affectus emersio si rectū desideret: & tñ bis patet tartarus: qa cū virtutum sit vnica ratio: nā nunq̄ descendūt a mediocritate: sed circa illā sp versantur: vitioq̄ cōtra duplex ē pcipitiū: alteq̄ qđ in excessum: alterū quod i defectū plabitur. Genus antiquū terræ. Iure optimo tanq̄ maximū olim vitioq̄ supbiam in imo fundo collocat. Nam oīe vitiū tanto magis distat a cœlo quāto ipm maius est: bñ aūt titanas & gigātes p supbia ponunt. Quid em̄ supbius q̄ naturæ repugnare: Neq̄ aliud ē: si Ci. audiuimus: bellū more titanum & gigantū aduersus deos gerere: q̄ naturæ repugnare quare nihil alienius est ab humanitate. Voluuntur. Quasi dicat bumi pstrantur: q̄ pœna cōuenientissima est supbis: vt q supra cæteros sese extollere tentant ii infra cæteros iaceant: Vñ illud Deposuit potentes de sede. & exaltauit humiles. Eadem ratione & aloidæ et salmoneus p supbis ponunt. Hic repetitio est color rbetoricus. Elidis vrbem. nam cum summū sit scelus Iouē contenere: qd dicemus de eo q illū in ea continebat vrbe in qua ipse ērat: vt sit similis hæc querela illi loco in regnis hoc ausa tuis Genealogia aūt est: qđ ex Deucalione natus sit Aeolus: ex æolo salmoneus. ex salmoneo Tyro pulla. Vlyxes apud Homerū ait: inter quas Tyro nobili patre genita: fortis em̄ salmonei filia erat. Hæc Creteo æoli filio nupsit. Hæc eripheū fluuioq̄ pulcherrimū adamauit. Igit tyro filia fuit salmonei & alcides filiæ Elei ex Neptunno cōuerso Enipæum. pelian & neleum genuit: ex Creteo vero amithaonem. Pheretum & Esonem patrem Iasonis.

Rhadamātus

Custodia.

SER. Adegit. Impegit. Necnō & tityō Titius fm aliquos filiꝰ terræ fuit: fm alios a terra nutritus. Vñ elegit sermonē: q̄ vtrūq̄ significaret: nam alumnū dixit. Hic amauit Latonā: ppter qđ apollinis telis cōfixꝰ ē. Dānatus ē aūt hac lege apd inferos: vt eꝰ iecur vultur exedat. Qđq̄ homerꝰ vicissim dicat duos vultures sibi i eiꝰ pœnā succedere: sane in vsu ē vultur: licet Ci. vulturis dixerit: & plautus i curculione: Iacit vulturios q̄tuor: qđ qdem pōt eē etiā deriuatiuū Ennius vulturis i siluis miserū mandebat bomonē. Declinat aūt hic tityos buiꝰ Tityi vt delos deli. Per tota noue cui iugera corpꝰ porrigit. Q̄tum ad publicam faciē magnitudinē ostendit corpis: sed illud significat: qnod qa de amore loquit. libidinē late patere: vt ait sup̄: Nec pcul hic ptem fusi monstrant in omnē lugetes campi. Sane de bis omnibus rebꝰ mire reddidit rōnez lucre. & confirmat in nostra eē vita oīa ea q̄ fingūtur de inferis. Dicit em̄ tityon amorem esse boc est libidinē: quæ fm pbysicos & medicos in iecore est: vt risus in splene: iracundia in felle. Vnde etiam exesum a vulture dicit in pœnam renasci: & em̄ libidini non satisfit re semel peracta: sed recrudescit semp. Vnd ait Horatius incontinentis: aut tity iecur.

Lumina: p̄cipitemq̄ immani turbine adegit.
Nec nō & tityon terre oīparentis alumnum
Cernere erat: p tota nouē cui iugera corpus
Porrigit: rostroq̄ immanis vultur adunco
Immortale iecur tondens fœcundaq̄ pœnis
Viscera: rimaturq̄ epulis: habitatq̄ sub alto
Pectore: nec fibris requies datꝰ vlla renatis
Quid memorē lapytas: ixiona: pirithoūq̄
Quos sup astra silex iam iam lapsura cadēti
Imminet ad similis: lucēt genialibus altis
Aurea fulcra toris: epuleq̄ añ ora paratę
Regifico luxu: furiaq̄ maxima iuxta
Accubat: & manibus pbibet cōtingere mēsas:
Exurgitq̄ facem attollens: atq̄ intonat ore
Hic qbus inuisi fratres: dū vita manebat:
Pulsatus ue parens: & fraus innexa cliēti
Aut q diuitiis soli incubuere repertis:
Nec ptem posuere suis: q̄ maxima turba est.

Quiq̄ ob

Quiq; ob adulteriū cæsi:quiq; arma secuti
Impia:nec veriti dñoꝝ fallere dextras
Inclusi pœnas expectāt.ne q̄re doceri
Quaꝝ pœnā:aut q̄ forma viros: fortūaue mersit
Saxū ingens voluunt alii radiisq; rotaꝝ
Districti pendēt sedet:ęternunq; sedebit
Infœlix theseus:phlęgyasq; miserrimus omnes
Admonet:& magna testat̄ voce p vmbras
Discite iusticiā moniti.& nō temnere diuos
Vendidit hic auro patriā:dñmq; potentē

Ipse etiā Lucre.dicit p eos:sup quos casur⁹ iminet lapis supstitiosos sīgrī: q inaniter sp verent̄.& de diis & cœlo & locis superioribus male opinant̄.Nam religiosi sunt.q p reuerentiā timēt.Per eos āt q saxū voluūt ambitumvult & repulsam significari.qa sel repulsi petitores ambire nō desinūt.Per rotam autē oñdit negociatores.qa sp tempestatibus turbinibusq; voluunt̄. Fœcunda q̄ pœnis.fœcūda in pœnā. Rimat̄ pascit̄ vt rimant̄ prata caystri. Nec fibris. fibræ sunt eminētiæ iecoris. Quid memorē lapythas. Hi ppli thessalie.qb⁹ impabat Ixion amicissimus.vt sup̄ diximus. Ioui pblegiæ filius:q post nubis coitū ficte in formā Iunonis:cū se de eius stupro iactaret:ab irato Ioue ad inferos trusus est:& illic religatus ad rotā circumfusam serpentibus. Pirithoumq;.Hic vnus de lapithis fuit:qui descendit cū Theseo ad rapiendā Proserpinam. Ad similis.Ad vacat:& a maioribus ad ornatū adhibebat̄. Horat. Qua popul⁹ adsit a certis limitibus vicina refugit iurgia. Lucent genialibus altis.Aliud est:Tantalus rex Corinthioꝝ amicus numinibus fuit:qui cū frequenter eos susciperet:& quodam tpe defuissent epulæ filiū suū Pelopem occidit & diis epulandū apposuit. Tūc abstinentibus cunctis Ceres humerū eius exedit:& cū eum dii p Mercurium reuocare ad superos vellēt:eburneus est ei humerus restitutus: sicut supra Humeroq; pelops insignis eburno.Ideo aūt sola Ceres dicit̄ comesse:qa ipsa est Terra:quæ corp⁹ soluit.p Mercuriū autem ob hoc fingit̄ esse reuocatus:quod ipse est deus prudentiæ:p quam philosophi deprehenderūt πάνυ ἐνθύμητον:vel μετεμψύχωσιν. Tantulus autem hac lege apud inferos dicitur esse damnatus:vt in Eridano inferoꝝ stans nec undis p̄sentibus:nec vicinis eius pomariis pfruatur.p hoc autē auaritia significatur:vt etiam Horatius Tantalus a labris sitiens fugientia captat Flumina.Quid rides:mutato nomine de te fabula narrat̄. Genialibus. Veluti genialibus.nam ganiales pprie sunt qui sternunt̄ puellis nubentibus dicti a generandis liberis. Aurea fulcra toris:quibus fulcimur.i.sustiemur. Regifico luxu Regio ambitu. Furiaꝝ maxima iuxta. Vnde & famem pnunciat:vt banc esse furiarum maximam doceat. Et manibus probibent.Eoꝝ scilicet:non suis. Facem attollens.Iniiciens ignem auaritiæ:vt abstineāt. Quib⁹ inuisi fratres:dum vita manebat.Hæc quidem constat esse dicta generaliter. Possunt tñ & ad spem trahi:vt Aegystum & Danaum.Atreum similiter & Thyestē:Et bœdem & Polynicem significare videant̄.Bene autē dicendo inuisi per id quod leue est:etiam maiora amplexus est. Pulsatus veparens.Item quod leuius est dixit parricidii comparatone.Possumus autē Oedipum accipere Laii exterminatorem. Aut fraus innexa clienti.Ex lege duodecim tabularumvenit:in quibus scriptum est:Patronus si clienti fraudē fecerit:sacer esto.si enim clientes quasi colentes sunt:patroni quasi patres: tantūdem est clientem quantū filium fallere.& hoc posse fieri ex Horatii dictis intelligimus: qui cum loquerē de auaris potentibus.ait de vicino diente.Pellit̄ paternos in sinu ferens deos Vrbano tñ hoc displicet: & dicit raꝝ esse hoc:magisq; contrariū:cum magis patronos decipiāt frequenter clientes. Vult aūt intelligi puaricatores:qui patroni sunt clientum:quos nunc susceptos vocamus. Nec partem posuere suis:quemaxima turba est:Bñ addidit suis.i.cognitis affinibus.Hæc em̄ fuerat apud maiores donādi ratio.nō pfusa passim.nam boc est velle inaniter pdere.Vnde Cicero in libris legum:Stipem prohibeo.nam auget superstitionem:exaurit domos.Dignis igitur largiendum est:vnde ait Hora.Cur eget indignus quisq; te diuite:id est indignus paupertate. Quisq; ob adulterium cæsi:si occisi Aegystum significat Thyestefilium.si reuera cæsi Salustium quem Milo deprehensum sub serui habitu verberauit in adulterio sue vxoris filiæ Sillæ. Quiq; arma secuti impia:nec veriti dominorum fallere dextras:hoc loco videtur blandiri Augusto quia:contra Cæsarem patrē eius multi:quibus ignouit:arma suscepant:est nanq; eius dem̄dare quidem se veniā pompeianis:sed ab ipsis quādoq; esse periturū:vt arma impia ciuilia dixerit bella. Vel ea quæ mouerūt pompeiani contra acceptæ venie fidē:sed nō procedit.nam si arma impia dixit bellum ciuile tangi & Augustum & Cæsarem qui & ipsi bella ciuilia tractarūt:Item si culpat eos: qui contra fidem datæ veniæ dimicarunt:tangit Augustum.nam transierūt ad eum ab Antonio duo milia equitum q̄ quos est victoriam consecuturus:Vnde Hora.Adbuc frementes verterūt bis mille equos Galli canentes Cæsarem.fecit præterea iniuriam Augusto vel Cæsari:si eos dominos dixit:quod apud maiores inuidiosum fuerat:nam patres patriæ dicebant̄:Iuuenalis.Roma patrem patriæ Ciceronē libera dixit.Melius ergo est:vt bellū a Sexto Pompeio Pompei filio in siculo freto gestum accipiamus.Nam occiso patre Siciliā tenuit:& collectis inde seruitiis vastauit sex annis vltro citroq; Siciliam.Postea victus ē ab augusto & Agrippa:vnde Horatius Minatus vrbi vincula quæ detraxerat seruis amicus pfidis:& hoc sefu tam arma impia q̄ dominoꝝ congruit commemoratio. Pœnam expectant.quod grauius est:nam i expectatione & presens metus est:& dolor futurus.In ipsa autem pena solus est dolor. Forma viros regula singulis em̄ sceleribus statuta sunt supplicia.Nam morem romanum sequitur. Saxum ingēs voluunt alii.Sisypbum dicit qui deorum consilia bominibus publicauit. Radiisq; rotarum.Ixionem dicit vt alibi ostendit:atq; Ixioni vento rota constitit orbis:licet super dixerit. Quos supra atra silex iā iam

BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu Univ. im. A. Mickiewicza

lapſura cadenti: nam de his fabulis variæ ſunt in ipſis opiniones auctoribus. Aetherniq; ſedebit infœlix Theſeus. Contra opinionem: nam fertur ab Hercule eſſe liberatus: quo tempore eum ita abſtraxit: vt illic corporis eius relinqueret partem. Frequenter enim variant fabulas poetæ. Hyppolitum ab inferis liberatum Virgilius dicit. Horatius neq; enim Diana pudicum Liberat Hyppolitum. Phlegyasq; miſerrimus omnes admonet. Si nominatiuus eſt ſingularis: hoc dicit Phlegyas omnes admonet apud inferos pœnas ferentes: ſi autem accuſatiuus pluralis eſt. Theſeum omnes phlegyas admonentem debem? accipe. Hi nanq; ſm Euphorionem populi inſulani fuerunt ſatis in deos impii & ſacrilegi: vñ iratus Neptunnus percuſſit tridente eam ptem inſulæ: quã phlegyæ tenebant. phlegyas aut pater Ixionis habuit Coronidem filiam quam apollo vitiauit: vñ ſuſcepit Aeſculapium: quo pater dolens incendit Apollinis templũ: & eius ſagittis eſt ad inferos truſus. Statius phlegyam ſubter caua ſaxa iacentẽ Aetherno p̃mit accubitu. Diſcite iuſticiam moniti. & nõ temnere diuos. Vel nũc in pœnis locati. Vendidit hic auro patriã: & hæc licq; generaliter dicant: habent tñ ſpecialitatem: nam Laſthenes Olynthum Philippo vendidit: Curio Cæſari viginti ſeptem milibus aureis Romã: de quo Lucanus Gallo& captus ſpoliis & Cæſaris auro: & illud Emere oms hic vendidit vrbem.

DO. Tityon. Monoptoton declinatur. Nam tityonem diceret: ſi p caſus variari potuiſſet. Quid me morẽ lapythas. Gen? eſt tranſit? p omiſſionẽ: & ponit ne cõtinuatio narratõnis borreſcat.

CHRI. Necnõ & tityon terræ omniparentis alumnum. De his fabulis hæc eſt Macrobi ſententia. vulturem eſſe tormentum conſcientiæ obnoxia flagitio inteſtina rimantis: & ipſa vitalia admonitionis ſceleris lacerantis: & ſemper curas: ſi requieſcere tentes excitantis: nec vlla libi miſeratõne parcentis: nam ſe iudice nemo nocens abſoluitur. Illos autem quibus epulæ ante ora paratæ ſunt: auaros eſſe intelligit: eſt enim auaritiæ ſemper quærere: ſed ab acquiſitis abſtinere. Qui radiis rotarum deſtricti pendent: ſunt qui nihil ratione & conſilio praui dentes nihil virtutibus explicantes ſe fortunæ committunt: cuius caſibus ſemper rotantur. Saxum ingens voluunt: qui inefficacibus laborioſiſque conatibus vitam terunt. Quos ſuper atra ſilex ú ſunt qui nimias poteſtates & infauſtas tyrannides ambiunt nunquam ſine timore victuri: Lucretius autem pro Tityo intelligit eos: qui amorum: aut reliquarum turpitudinum curis laniantur. Vnde ait Sed tytus nobis eſt ipſe in amore iacentem. Quem volucres lacerent atque exeſt anxius angor: Aut alia quauis ſcindunt turpidine curæ Vlyxes apud Humerũ de Tityo ſic ait: Inde Tityon almæ terræ indytum filium per nouem iugera humi porrectum vidi Gryphes vtrinq; eius epar exedũt.

Vultur

Neque ipſe eos abigit. Latonæ enim pulchræ vim inferre tentauit. Nouem iugera. Sic idem Lucretius. Qui nõ ſola nouẽ diſperſis iugera membris obtineat. De iugere autem diximus in georgicis. Vulturis. Nidũ vulturis teſte Plinio nemo attigit. Nidificat em̃ in excelſiſſimis rupibus. Fœtus quidem ſæpe cernunt fere bini. Refert idem Plinius Vmbritium in ſuo æuo Aruſpicum peritiſſimum tradere qđ vultures pariũt oua tredecim: & vno ex iis reliqua oua & nidum luſtrant: mox illud abiiciũt. Triduo autem ante: aut biduo eo aduolãt: vbi cadauera futura ſunt. Rimaturq; epulis. Rimari ꝓprie eſt diligenter inquirere: tranſlatio ab iis qui in rimis aliquid inueſtigant: & dicimus rimari paſci vt ſunt aues: & ſues qui in rimis eſcam quærũt. Habitatq; ſub alto pectore. Oſtendit firmam ibi auis eſſe ſedem: tanquã nuſq; alibi paſcatur. Nec fibris requies datur vlla renatis. Nam iecoris duo ſunt capita: quas fibras appellant. Hæc aruſpices ita diuidebãt: vt alter& ſacrificandi: alterũ eius aduerſario aſſignarent. Erat aũt maximi momenti ſi qd in extis appareret. Vñ ſacrificanti apud Laurentũ ſyllæ in capite vitulini iecoris ſimilitudo coronæ apparuit: qđ ſi regnũ portendit. Eſt aũt iecur amoris ſedes: quare recte fingit iecur in homine libidinoſo depaſci. Quid memorẽ lapythas. Lapytæ ppli ſunt theſſaliæ: quor& ſedes in otri monte fuit.

Ixion

Ixiona. Hic ex phlegya martis filio natus eſt: Iouis ſecretari? factus iunonẽ de ſtupro compellauit: Aut iuppiter ſimulacrũ iunonis ex nube fabricatũ ſibi obiecit: In quã cum ſemen emitteret centauros genuit. Hæc fabella denotant tyranni: q ad alta cogitatõne rapiunt: Iunonemq; interpellant deã regnorum: quia regna nullo iuſto titulo inuadere audent. Ex nube gignũt centauros: qa eor& monſtruoſa opera inſtabilia ſunt. Fuit aũt Ixion primus: q apud græcos tyrannidẽ occupare aggreſſus eſt: & cum ab aliqua humanitate inceperint: in feritatẽ poſtremo deueniunt. Iure igitur Centauri geniti ſunt: q primas partes hominis: poſtremas feræ habent.

Piritbous

Piritboumq;. Piritbous filius fuit Ixionis nõ ex nubẽ: ſed ex coiuge: q cum eſſet Theſeo amicicia iunctus: & Hippodamiæ nuptias celebraret: & in ſacris Martem in honoratum reliquiſſet: Centauri Marte inſtimulante rapere Hippodamiã conati ſunt. Deinde mortua hippodamia relicto Polypote filio coniurarũt ipſe & Theſeus nullam ducturos vxorem niſi Iouis filiam: & cum Helenam rapuiſſent: q̃ omniũ pulcherrima annũ decimum tũc agebat: euenit ſorte: vt ait Diodorus ſiculus: vt Theſeo illa contingeret. Itaq; ad inferos: vt raperent Proſerpinam: deſcenderunt: vbi Piritbous a Cerbero interemptus: & Theſeus retentus eſt. Hiſtoria eſt bos moloſſorum Regi vxorem ſubripere tentaſſe: ſed canem regis Piritboum interemiſſe: Theſeum vero captum in vinculis fuiſſe retentum: donec ab Hercule liberatus fuit. Quos ſuper atra ſilex. pœnam ſupſtitioſorũ exprimi buiuſcemodi volunt: qui deorum iram atque pœnas ſibi ſemper iminere putant: nunquamq; anxietate carent: tanquam illa iam iam ſuper eos lapſura ſit. Lucent genialibus altis. Notat auaritiam: in qua tanto furore afficiũtur: vt cum indies magis magiſque diuitias augeant: nihil tamen inde in vſus etiam neceſſarios aſſumere audent. Huiuſcemodi homines per Tantalũ exprimuntur: qui cum in aquis ad mentum vſque ſint: & ad hos pœne deſcendant arborum rami pulcherrimis optimiſque pomis bonuſti: tamen neque cum ſiti at bibere: neque cum eſuriat eſſe aliquid valet aquis pomiſque: cum capere cupiat recedentibus. Hoc

Horatius

Horatius exprimit: Tantalus a labris sitiẽs fugiẽtia captat flumina. quid rides mutato noĩe de te fabula narratur? cogestus vndiq; saccis Indormis inbians: & tanq; patere sacris cogeris. De Tantalo Vlyxes Homericus ait: Vidi tantalum grauiter in palude laborantem: Aquaque vsq; ad mentum erat: quotiens vero bibere volebat vsq; ad ima vada diffugiebat. Altæ supra caput arbores piri punicæi mali: ficus dulces: quotiens legere volebat sæuus ventus p nubes auferebat: Petronius etiam poeta dixit. Nec bibit inter aquas: nec poma pendentia carpit. Tantalus infœlix: quẽ sua vota ꝓmunt. Genialibus. Notionẽ buius dictionis expressimus in geor. in versu illo inuitat genialis hyemis: Exurgitq; faeem attollẽs atq; itonat ore. Nam cũ homo voluptate fruendi partis trahatur: vt aliq d assumat subito contra insurgit furor ille habendi & parcendi ptis: q vetat assumere. Attollens facem. i. excitãs in te ardentissimam cupiditatem habendi recte: Ergo facem: qa omnis vehementer cupiditas flagrans ardensq; est. Aut qui diuitiis soli incubuere repertis omnibus modis damnat auaritiam: q̃ caput est omniũ malorũ: & corruptrix tranquillitatis humanæ vitæ. Huius duæ species sunt. Altera qua rapimus: vñ nõ oportet: Altera qua nõ damus: vbi dandum liberalitas docet: Hos ergo primo stix me ait hic puniri. Vendidit hic auro patriam redegit in seruitutẽ. Quasi dicat: Eam a qua liber productus est in seruam esse voluit: idq; nulla alia causa ductus nisi auaritia. Patriam. cum indignatione ꝓferendum. Quasi dicat: Eam qua nihil carius habere debuit. Dominũ. nõ illi vendidit: qui eam ꝓ filia gubernaturus esset: sed qui seruitutis iugo presur?. Nã domino seruus respondet: Ergo tyrannus est. Nam antiqui in publicis rebus nunq; aliter dominũ sumpserũt: quã tyrannũ. Potente. Auget scelus. Quasi dicat: Eũ a quo nõ facile se liberare possit.

Imposuit: fixi leges pcio atq; refixit:
Hic talamũ iuasit natę: vetitosq; hymenęos:
Ausi omẽs immane nefas: ausoq; potiti
Non mihi si linguę centũ sint: oraq; centum
Ferrea vox: omnis scelerũ comprehendere formas
Omnia pœnarũ ꝓcurrere nomina possem.
Hęc vbi dicta dedit phœbi longęua sacerdos:
Sed iam age carpe viã: & susceptũ prfice munus
Acceleremus ait: cyclopũ educta caminis
Mœnia cõspicio: atq; aduerso fornice portas:
Hæc vbi nos prcepta iubent deponere dona
Dixerat: & piter gressi p opaca viarum
Corripiũt spaciũ mediũ: foribusq; ꝓpinquant.
Occupat æneas aditum: corpusq; recenti
Spargit aqua: ramumq; aduerso in limine figit.
His demum exactis prfecto munere diuę
Deuenere locos lætos: & amœna vireta
Fortunatorũ nemorum sedesq; beatas
Largior hic campos ęther & lumine vestit
Purpureo: solemq; suũ sua sydera norũt.
Pars: in gramineis exercent mẽbra palęstris:
Contendũt ludo. & fulua luctant arena
Pars pedibus plaudũt choreas: & carmina dicunt
Nec nõ threicius longa cũ veste sacerdos
Obloqtur numeris septẽ discrimina vocum.
Iamq; eadẽ digitis iam pectine pulsat eburno.
Hic genus antiquũ teucri pulcherrima proles
Magnanimi heroes: nati melioribus annis:
Ilicusq; assaracusq;: & troiæ dardanus auctor:
Arma procul: currusq; virum mirant inanes.

SER. Fixit leges pcio atq; refixit. possumus Antoniũ ꝑm Ciceronẽ in philippicis accipere. Fixit aũt ideo qa insciæ i æreis tabulis leges affigebant parietib?. Hic thalamũ inuasit natæ. Thyestes pelopeæ filiæ: vñ & Aegyst?nat?est. itẽ cinaras filiæ myrræ de q̃ nat?est Adonis. Naq; qđ donat?dicit: nefas ẽ credi dictũ esse de tullio. Vetitosq; hymeneos. legib?. s. Nã dicẽdo vetitos oñdit fuisse nõ vetitos: velut est aqđ passas bodie. Vñ donat?male ait natura & legib?vetitos. Ausi omẽs imane nefas ausoq; potiti. Illic sũt & q fecerũt & q conati sũt Dicit aũt ꝑm ritum romanũ: in quo nõ tantum exitus punitur: sed etiam voluntas.

Non mihi si linguæ centũ sint oraq; centum Ferrea vox. Lucretii versus sublat?de Homero: sed ille aerea vox dicit. Scelerũ. formas. Vt q̃ forma viros fortuna ue mersit. Perfice munus hoc est ramũ redde. nã supra ait Hoc sibi pulchra suũ ferri Proserpina munus instituit. Cyclopum educta caminis: hoc est magna. Ita enim cuiuslibet rei magnitudinem significat: adeo vt Statius argiuorum muros ab ipsis dicat eẽ pfectos. Fornicæ arcu. Ci. vidit ad ipsum fornicem fabianũ. Corripiũt spaciũ medium raptim spaciũ pagũt. Occupat æneas aditum: ingredit vt supra dixit. Recenti. Semper flueti. Dixit aũt hoc ꝓpter paludem stygem. Spargit aqua. i. purgat se. Nam inquinatus fuerat aspectu tartari: & spargit: quia se inferis purgat. Nã superis imolaturi corpus abluũt: vt supra donec me flumine viuo. Abluero. Amœna vireta. viretia: & ẽ satis vsurpatũ Amœna aũt q̃ solũ amorem pstant: vel vt supra diximus: quasi amunia hoc ẽ sine fructu: vt Varro & Carmini?docent. Alludit aũt ad insulas fortunatas. Nã & freqnti hoc idicat versu. Largior hic cãpos æther & lumine vestit Purpureo. Non nõ largior: sed q̃ est in cætera inferiorũ pte. Aut re uera largior: si lunarẽ intelligamus circulũ. Nam vt supra dixim?campi elisii: aut apđ inferos sũt: aut i insulis fortunatis:

aut in lunari circulo: Lucan⁹ illic postq̄ se lumine vero induit. Solemq; suū. Sibi congruit. Græce dixit: vt Fessosq; sopor suꝰ occupat artus. Palestris. Luctatiōib⁹. Græce dixit. Contendūt ludo. inter se ludo: non odiō. Choreas. Re corripuit pp metrum. Alibi ait ſm naturā vt iuuat indulgere choreis. Ergo aut syſtolen fecit: aut antiptoſin e p ei ponēs: Nam græcū ē nomē. Nec nō threicꝰ longa cū veſte ſacerdos. Orpheus. Caliopes muſæ & oeagri flumis filiꝰ fuit: q primꝰ Orgia inſtituit: primꝰ etiā deprehendit Harmoniā. i. circuloꝝ mundanoꝝ ſonū quos nouem etiam nouimꝰ e quibꝰ ſummꝰ quem ἀνάστρον. i. ſine aſtris dicunt ſono caret: Item vltimus: q terrenꝰ eſt: reliqui ſeptē ſunt: quoꝝ ſonū deprehendit Orpheuſ Vnde ſeptem fingit̄ vti chordis. Longam aūt veſtē aut cythareedi habitum dicūt: aut longam barbam: nam ecōtrario imberbes: inueſtes vocamꝰ. Sacerdos aūt qa theologus fuit. & Origia primus inſtituit. Ipſe etiam homines de feris & duris mites compoſuit. Vnde dicitur arbores & ſaxa mouiſſe: vt deus. Obloqtur nūeris dicendo obloqtur: chordaꝝ expſſit laudē: quas dicit verbis locutas. Obloq em̄ nō eſt niſi contra loquentē loq. Numeris. Rhythmis ſonis: vt numeros memini ſi verba tenerē. Septem diſcrimina. Quia oms chordæ diſſimiliter ſonant. Iam. Nunc: Hoc aūt pecten declinatur: vt hoc carmen. Hic genus antiquū. Quod nō oēs viros fortes in elyſios viſos eſſe cōmemorat: hæc eſt ratio: quia iſti diuinos meruerant honores. quod Tydeo vel his quos ſupra memorauit. nō contingit. ideo antiquū addidit: quaſi & illis elyſii contingerēt campi: ſi eis annoꝝ non defuiſſet vetuſtas. Natí melioribuos annís. Plerumq; cm̄ virtus decoloratur temporis in fœlicitate. Cicero Vt illa laus temporum nō hominum fuiſſe videat̄. Iluſq; aſſaracuſq; Troiani reges fuerūt. Troiæ Dardanus auctor. Hunc in ſeptimo inter deos dicit eſſe relatum: vt & numeꝝ diuoꝝ altaribus addit. ſed vt ſupra diximus. Homerum ſequitur: qui inducit ſimulachrum Herculis apud inferos viſum. Defixe haſtæ. Subaudi inanes: & quidem equos inanes. Quæ gratia currum. Detraxit vnus u licentia qua latinitas græcos ſecuta genitiuo plurali ſyllabam: aut addidit: aut detrahit. vt hoc loco detraxit: ſicut Arma virum. Contra addidit Alii tuum pecudumq; genus pro alitum: ſicut græci μουσαῶν ΝΕΛΙΚΩΝ ἀΔΟΝ. Nitentes. Pingues ab eo qđ ſequitur id quod præcedit intelligis. Per ea autem quæ dicturꝰ eſt intelligendum hoc quæ gratia fuit viuis eadem ſequitur tellure repoſtos. Pœna proprie Appollinis laudes quod nunc intelligemus propter lauri nemus: abuſiue omnium deorum: ſicut Orgia pprie Liberi.

Odoratum. Pro odorum: vt ſupra diximus. Vnde ſuperne plurimus eridani per ſiluam voluitur amnis. Eridanum Aratus eſſe in cœlo dixit: aut longe a cœlo. Hic & in terris eſt. qui in italia Padus vocat̄ quem alii etiam ad inferos volūt tendere. Alii naſci apud inferos: & exire in terras. Ideo autem iſta fingūtur: quia de apennini parte oritur: quæ ſpectat inferum mare: & tendit vſq; ad ſuperum. ergo hic ſenſus ē Canebant in locis vnde ſuperne. id eſt ad ſuperos plurimus Eridani amnis per ſiluam voluitur. Namq; & veriſſime eſt quoniam legimus de Ariſtæo Omnia ſub magna labentia flumina terra ſpectabat diuerſa locis & congrue. Nam omis humor ex terræ naſcitur venis: alii Eridanum pro quocunq; accipiunt. & dicunt κατέξοχην dictum. nam legimus fluuiorum rex Eridanus & amant poetæ pro appellatione magnæ rei pprietatem ponere. vt alibi Poculaq; inuentis acheola miſcuit vuis. Melius tamen eſt ſi diſtinguamus. Vnde ſuperne plurimus: vnā ad ſuperos plurimꝰ. id eſt magnus amnis voluitur per ſiluam Eridani. id eſt populoſ. Fabula nanq; hæc eſt Eridanus ſolis filius fuit. hic a patre impetratum currum agitare nō potuit. & cum per errores mundus arderet. fulminatus in italiæ fluuium cecidit: & tunc a luce ardoris ſui Phaethon appellatus eſt. & priſtinum nomen fluuio dedit vnde mixta hæc duo noīa inter ſolis filium et fluuiū inuenimus: poſtea eius ſorores flendo verſæ ſunt in populos. vt in decimo. Populeas inter frondes vmbraq; ſororum: & hoc Virgilius. Nam alii alias arbores dicūt. Hic manus ob patriam pugnando vulnera paſſi. Manus id eſt multitudo eorum qui ob patriam paſſi ſunt vulnera: & eſt figurate dictum. Sane animaduertendum illud quod ait Horatius in arte poetica. & ſimul & iocunda & ydonea dicere vitæ. nullam em̄ maiores noſtri artem eſſe voluerunt: quæ non aliquid reipublicæ commodaret. Vnde Virgilius hoc per tranſitum facit. nam dicendo puniri patriæ venditores: contra premia defensoribus ſolui. Nihil vtiq; aliud niſi fugienda vitia & ſectandas docet eſſe virtutes. Sacerdotes caſti. dum vita manebat. Quaſi quis caſtus poſſit eſſe poſt mortem. Sed aliud dicit. id eſt qui fuerunt caſti: dū in communie vitæ verſarentur: nam hi qui maxima ſacra accipiebant: renunciabant omnibus rebus: nec vlla in his niſi numinum cura remanebat. Herbis etiam quibuſdam emaſculabantur: vnde etiam coire nō poterant. Dicit ergo eos ſacerdotes: qui caſti fuerunt etiam ante ſuſcepta ſacra. Pii vates vaticinantes. Phœbo di-

Stant terræ defixe haſtæ: paſſimq; ſoluti
Per campos paſcunt̄ eq: q̄ gratia currum
Armorumq; fuit viuis: q̄ cura nitentis
Paſcere equos: eadē ſeqtur tellure repoſtos.
Conſpicit ecce alios dextra: leuaq; p herbā
Veſcentes: lætumq; choro pæana canentes
Inter odoratū lauri nemus: vnde ſuperne
Plurimus eridani p ſiluam voluit̄ amnis
Hic manus ob patriā pugnādo vulnera paſſi:
Quiq; ſacerdotes caſti dum vita manebat:
Quiq; pii vates: & phœbo digna locuti.
Inuētas aut q vitam excoluere per artes.
Quiq; ſui memores alios fecere merendo

Phœbo digna locuti veri dici. quia talia loquebantur: qualia decebant Apollinem. Multi enim mentiebantur. sicut in Lucano Phœbas ad quam Appius Claudius. Et nobis dabis improbe pœnas. Et superis quos fingis ait. Inuentas aut qui vitam excoluere per artes. Qui eruditiuerunt id est ornauerunt vitam per inuenta artificia. Significat autem philosophos. Quiq; sui memores alios fecere merendo. Et qui aliquos sui memores facere præstando. vt nunquam regina negabo Promeritam. id est præstitisse. Terentius. Ego Carine neutriq; liberi esse hominis officium puto: cum nihil promereatur postulare id gratiæ apponi sibi.

DONA. Leges p̄cio f. Omnia hæc scelera posuit Maro: vt viuentes ad bonos mores metu pœne reduceret. Nō mihi. necessario generalitas iniecta ē: ne cūcta descripsisse videret: qm̄ fuit impossibile latitudinē tantā plene complecti: vel ne cōtemptui haberent pœne ppositæ ex quotidiana meditatiōe. Plq; etiā metū iniicit: cum infinita formido est. Fornice ea. n. est camera in arcū ducta. Deuenere locos lætos vt metu pœnaq; malos deterruit: ita spe fœlicitatis ad virtutes hortat. Primo g̃ regionū bona pſequit. Deinde q̄ ex his locis capiant cōmoda: & qui sint ii qui huiuscemodi bonis pfruant. Largior. hic ondit nihil deesse ex iis q̄ sunt apud supos: adeo vt fortunati & beati appellari meruerint. Pars in gramineis. ostendit quāta animi seueritate in voluptatibus honestis viuāt. Nec nō threicius. ostēdit cytheram inter honestas enumerari artes. Est em̄ musica.

CHRI. Fixit p. nam cū leges ad æquitatem & cōmunem vtilitatem fieri debeāt: & ita latas: firmas: stabiles esse oporteat: iste qui omnia venalia haberet oblato premio & ponebat & remouebat. Est autem indignatio a causa. Fixit. vide Seruium: hinc Ouidi. Nec verba minantia fixo Aere ligabant nec supplex turba timebat iudicis ora sunt. Sunt autem versus a vario poeta ait enim Vendidit hic latium populis agrosq; quiritum Eripuit. fixit leges pretioq; refixit: video Seruium vehementer laborare: vt ostēdat poetam voluisse in singulis sceleribus singulos carpere homines. Verum ego puto voluisse illū species scelerū pſequi nō singulos sceleratos insectari. Inuasit. tanq; raptor: & hostis: est em̄ inuadere in aliena hostiliter irrumpere: cum patris sit tutari filiæq; pudicitiam nō expugnare. Ausi. bis peccarūt: & qđ ausi sint. Nam scelus intra se quicunq; cogitat: vllum facti crimen habet: & quod executi sunt quod ausi fuerant. Potiti. Auget inuidiam. q. d. quod malis artibus pepererant: etiaq; retinere potuerūt: ergo cogitarūt. Executi sunt cogitata. ac postremo in scelere pseuerauerūt. Linguæ centū. a Lucretio est. & lucretius Homerū imitatus est. ait em̄ Homerus Ου δέι μοι δέκα μεν γ. ὠσί δέκα δέστομά τε ιēν. Ferrea vox. Homerus nō ferream sed infrangibilem dixit: Lucretius aūt aerea vox dixit. Percurrere. id est nō solum nō possem abundanter narrare: sed ne etiam breuiter pstringere. Nomina: naq; breuius pcurrim⁹ nomia scelerū q̄ demonstramus illoq; variam multiplicemq; malignitatē. Cyclopū. omnia em̄ q̄ magna sunt a cyclopibus fabricata fingūt poetæ. sic Statius etiam ponit de Cyclopibus dicendum erit in sequentib⁹. Caminis. Græcum verbum est: latine fornax dicitur. Fornice. camera siue testudine. Per opaca. nam ipsa sapientia q̄ paucis patet intra multam ignorantiā latet. Solemq; suum sua sydera em̄ ex media philosophia res inserit figmento poetico. Credidit em̄ antiquitas eas animas q̄ eluuie corporea pollutæ in morem ferinū immutant: resolutionē corporis exhorrescere: & si qñ mori necesse sit no nisi cum gemitu fugit indignata sub vmbras: nec post mortem facile corpus relinquit: qa nō dum illis corporeæ excedunt pestes sed aut suū oberrant cadauer: aut noui corporis habitaculū ambiūt: nec humanū solum sed ferinum etiam electo genere congruo moribus: quos in homine exercuerūt: volunteq; omnia pferre vt cœlum quod vel ignorando: vel dissimulando: vel postponendo neglexerunt fugiant. Sapientum vero & bonoq; animæ quæ semper cœlum nulla corporis inquinatōne pollutæ suspexerunt illud petunt. Quapropter & Plato & Cicero in libro de republica rectoribus ciuitatum & cæteris sapientibus sedes in cœlo paratas esse scripserunt. Et multos daros viros in deos retulit antiquitas: & Hesiodus priscos reges diis annumerat. Hoc igitur nō ignorauit Virgilius qui licet augmento sui ingenii seruiens heroes in inferis religauerit: nō tamen illos separat a cœlo vt geminæ doctrinæ obseruatiōe nec poetices figmentū reliquerit: nec philosophiæ veritatem omiserit. Recte ergo solem suū. i. regiones cælestes quæ bonis solæ debent: vnde ipsorum & nō aliorum sunt cælestia habitacula. Suum. id est ipis bonis reseruatum peccatoribus denegatum. Nurunt sua sydera. qnæ inferis incognita sunt. Palæstris. Ludorum genera. ludi apud priscos reperti fuerūt vt corporis exercitatōne valitudinem conseruarent: & robur augerent. agilitatemq; acquirent: & animum confirmarent: vt in periculis cum ratione susceptis p̄sentiores existerent. Fuerūt & quinq; p̄cipui apud priscos πύξ μή qua pugiles exercebant λίσκός qui erat lapidum iactus. λιέδυλος in quo cursu & ἅλμα in quo saltu contenderent. Erat postremo quam nos palæstrā & luctam nuncupamus. Hic ergo & legibus probabantur: & liberales habebantur. Alea autem & tali & q̄s chartas appellant permitiosissimæ sunt pestes: & res omnino & seruiles quæ vitam deturpant: infameq; reddūt. Mores deprauāt: & omne flagitiū impellūt. Obloquit. obloqui contra significat loqui: vt opponere contra ponere: ergo nonunq; obloqui dicimus detrabere: quia qui contra quempiam loquit ei detrahit. Hic autem obloquitur: quia quæ voce cecinerat illis citharæ sonum opponit. Septem dis. u. Orpheum citharam inuenisse. Bene autem septem chordaq; meminit: nam octauam addidit Simonides Nonam postremo Timotheus: verum de huiusmodi rebus nos multa diximus in interpretationibus nostris in Horatium. De Orpheo autem plurima diximus in georgicis. Genus antiquū. t. Diodorus ait Teucrum primū in troade regnasse filium Scamandri fluui & idæ nymphæ. Venit autem ex creta: sumpsit filiam Bateam nomine: quæ Dardano nupsit. Dardanus secūdum multos natus est in italia ex Io-

Nam senē illum Pinariū cōstat alio noie esse nuncupatū. Hinc est qđ paulo post Potitii tm̄ facit cōmorationē: vt Primusq; potitius ibat. qđ aūt dicit dom⁹ herculei custos pinaria sacri: nō est cōtrariū. nam custos est ministri. vt in. x. At triuiæ custos iā dudū in montibus opis alta sedet. i. ministra.

DO. At specus. In hoc loco spelunca significat lōgitudinē & interiores recessus. Regia. latitudinē Cauernæ. Coarctatas angustias. Fuit spelunca: sed ꝑ qualitate psonæ dicta est regia. Cauernas aūt dixit patuisse. i. nō solum latas partes sed angustas. Regia. quia sibi tyrannidē agitaret.

CHRI. Barathrū. græcū ē: latine vorago. i. imensa & iexplebilis ꝑfunditas. Trepidēt. Ob insuetudinē. Copatio aūt ipa in oīb⁹ correspōdet. Rudentē. Optie. Nā ex timore humanā vocē efferauerat: & more suo corripuit primā syllabā: quā alii ꝑducunt. Oīa arma aduocat. i. oīa q̄ ad man⁹ veniunt i suum auxiliū trahit: & veluti arma adhibet. Nā aduocare i sun̄ auxiliū vocare ē: Hinc aduocatū defensorē dicimus Sup vlla pidi ē. i. supest p temesim. Inuoluit. i. iplet fumo se iuoluentē. Noctē aūt caliginē & fumū & tenebras ꝑ eadē re posuit: ne dū ad idē verbū reuertit fastidiū iferat. & ē expolitio. Nō tulit ais. Irat⁹ est qđ ita repugnare: vñ ex accēsione ire i ignē piculo manifesto sese iecit. Quā Plurim⁹ v. f. a. Cū illū peteret: neq; videre posset assēq̄bat buiuscemodi cōiectura: vt ibi eē putaret: vbi plurim⁹ fumus eēt. Nebula. Pro fumo posuit. Expleri corda. Satiari voluptatē: quā capiebāt ob ei⁹ mortē: Ignes extinctos. At quō ruebāt: si erat extinct⁹. Sed cuiuscūq; sensus ē cognoscere ea quoq; iudex ē: atq; etiā priuationē illoq;. Ergo oculis cognoscimus colores & etiā tenebras: auribus voces & silentium.

Hanc aram luco statuit: que maxima semper
Dicet nobis: & erit quæ maxima semper
Quare agite o iuuenes tātaq; ī munere laudū
Cigite frōde comas & pocula porgite dextris
Comunēq; vocate deū & date vina volētes.
Dixerat herculea bicolor cū ppls vmbra
Velauitq; comas: foliisq; innexa pependit
Et sacer impleuit dextrā scyphus: ocius oēs
In mensam læti libant: diuosq; precant
Deuexo interea ꝑpior fit vesper olympo.
Iamq; sacerdotes: primusq; potitius ibant
Pellibus in morem cincti flāmasq; gerebant
Instaurant epulas: & mensæ grata secundæ
Dona ferūt: cumulātq; oneratis lācibus aras
Tum salii ad cantus: incensa altaria circumq;
Populeis adsunt euincti tēpora ramis.
Hic iuuenū chorus: ille senū q carmie laudes
Herculeas & facta ferunt: ut prima nouercæ.
Mōstra manu gemiosq; ꝑmēs elīserit angues
Vt bello egregias idē disiecerit vrbes
Troiamq; œtaliāq;: vt duros mille labores
Rege sub curisteo fatis iunonis iniquæ
Pertulerit: tu nubigenas inuictæ bimēbres
Hyleūq; pholūq; manu: tu cressia mactas
Prodigia: & vastū nemeæ sub rupe leonem.
Te stygii tremuere lacus: te ianitor orci
Ossa super recubans antro semesa cruente

SER. Luco. Templū em̄ nō dū habuerat Hercules sed arā tantūmō: vt dixim⁹ sup̄ Maxima. Ingēs em̄ ē ara Herculis: sicut videm⁹ hodieq; Porgite dextras. Præbete iuicē pocula & ē Homeri. Cōemq; vocate deū. Aut quia argiuus ē hercules: & sup̄ dixit æneas tā græcos q̄ troianos de vno sanguis fonte descēdere. Aut cōem deū dixit vtriusq; naturæ mediū. i. inter mortalitatē & diuinitatē. Sūt numina aliq̄ tantū cœlestia: aliq̄ tātū terrestria: aliq̄ media: quos deos Apuleius mediocres vocat. alii cōem deū iō dictū volūt qa fm pontificalē ritū idē est Hercules: q & mars. Nā stellā vnā hr̄e dicunt: & nouim⁹ martē cōem dici. Cice. Martēq; deū cōem. Virgi. Ipse & diis oībus. Itē paulo post Dat salios herculi: quos martis eē dubiū nō ē. Herculea ppls. Herculi cōsecrata: q cū ad iferos descēdēs fatigaret labore: dū de hac arbore corona facta caput velasse: vñ fo lioq; ps tpib⁹ cobærēs & capite abluit sudore: ps vero exterior ꝑpter iferoq; colorē nigra pmansit: & honeste pēpendit ppls. i. corona de ppl'o. Et sacer ipleuit. d. f. Legit ī libris ātiqs Herculē ad italiā igēs ligneū poculū attulisse q̄ vtebant ī sacris: qđ ne carie cōsumeret pice oblitū cōseruabat: cui⁹ magnitudinē significat dicēdo Impleuit dextrā scyph⁹ Deuexo olim po. Inclinatio in noctē cœlo. Pellib⁹ in morē cincti Aut ī morē herculis. aut certe sacerdotū

Et mēsæ grata secundæ. Quia vt dixim⁹ vna pomoq;: altera fuit carnis apd romanos. Cumulātq; oneratis lācib⁹ aras. Id ē reddūt exta.

Salii. Qui tripudiātes aras circū ibāt salientes. Laudes herculeas & facta. Senes tm̄ voce laudes Herculis exeq̄bāt. iuuenes & gestu corporis ei⁹ facta mōstrabāt. Prima mōstra. Bene prima. nā & oīa alia iunonis insidiis ptulit. Fabula aūt hæc habet. Hercules nat⁹ ē cum Ipbido Amphitryonis filio: sed cū iuno duos serpētes imisisset herculi. Ipbid⁹ de cunis terrore lapsus suo vagitu excitauit pentes q cum insurrexissent viderunt herculē angentē manib⁹ angues imissos ei nouercalib⁹ odiis. Elīserit. Præfocauerit. Troiāq;. Vt sup̄ diximus troiā hercules euertit ꝑpter negatos sibi a Laumedonte equos diuino semine ꝑcreatos: & Hesione nuptias: quā a ceto liberauerat. Sane Critici frustra culpāt Virgi. qđ pntib⁹ troianis troiæ introduxerit excidiū: nō respiciētes q hoc fecit rō hymnoq;: qbus aliqd subtrahere sacrile giū est. Oetaliāq;. eurytus rex œtaliæ Iolē filiā denegauit herculi añ pmissam: iō qđ cū fuerat fili⁹ de-

hortatus dicens ab Hercule & megæra vxore & ex ea filios interemptos: qđ factū fuerat Iunonis instinctu: Vñ irat⁹ Hercules pp nuptias sibi denegatas euersa ciuitate iteremit Eurythū & Iouē substulit. Nobigenas. De Ixione & nube ꝓcreatos centauros: vt diximꝰ supra. Hylæūq; polūq;. Hyleū Theseus interemit Pholus vero Herculē susceptit hospitio eo tpe quo ad expugnādos cētauros ꝓfect⁹ ē. Lu. Hospes & alcidæ magni phole: vñ apparet p poeticā licētiā noīa eē ꝓ noīb⁹ posita. Cressia mactas ꝓdigia. Bñ ad leonē quē iteremit referē: nā cretēsem tuaq; ñ interemit: sed incolumē ad Eurysthеū pduxit. Vno tm̄ verbo vtrūq; sæpe cōclusit. Disce puer virtutē ex me verūq; laborē. Fortunā ex aliis. Ne meæ sub rupe. Nā ea silua ē vicina thebis in q̄ Hercules iteremit leonē. Nemeæ āt anapestus ē. Nā & ne & me breues sunt. Stigii tremuere lac⁹, Inferni quo tpe descēdit ad rapiēdū cerberū Ossa sup recūbās. aut ad terrorē dictū est: aut certe illud ē qđ etiā supra diximꝰ cerbeq; eē terrā. q̄ corpa sepulta cōsumit. Nā inde cerber⁹ dictus est quasi κρεοβορος. Alii puerīliter volunt a cerbero Amphiarai ossa cōsumi qui hiatu terre ſm Statium viuus descēdit ad inferos. Semesa cruento. Semēsum nō dicimus: nec ensum facit & nō comesum

DO. Communē. Vt per coniunctionē fœderum se troianis commixtū ostendat. Vel quia troianis & arcadibus idem erat genus. Secunda Prospera.

CHRI. Quæ maxima romani bouē indomitū singulis ānis Herculi sacrificabant. Dixerat ꝑterea Hercules qsqs illi sacrificaret diuitē futurū. Ara maxia erat ꝓpe foꝝ boariū: sed sub diuo. Tēplū Herculis erat ꝓpe tybrim. Erat āt obseruatio: vt ait Macrobi⁹: vt i Herculī sacris epularēt sedētes. Et Corneli⁹ Balbus exegeticus ait obseruatū ne apud arā maximā lectisterniū fieret. In eodē loco oēs apto capite sacrificabāt: ne hītū dei imitarent: q illic opto capite sedet. Varro ait būc græcū morē eē. C. Bassus refert arā maximā añ aduētū æneæ in italia cōstitutā eē: q būc ritū velādi capitis inuenit. Scyphus. Herculis ē poculū. Fingebāt em̄ illū sculptores cū poculo: & nōnūq; ebriū nō solū q̄ is beros bibax phiberet: sed q̄ fabula antiq; ipm̄ copula tanq; nauigio maria trāsisse referat: sed putat Macrobi⁹ illū nauigio cui scypho nomen eēt nauigasse. Sūt qui dicant illū in italiā poculū hoc ligneū vexisse: ac ꝓ monumento reliquisse. Itali autē ad defendendā vetustatē pice obduxisse.

SER. Nec te vllæ facies. Idest spēs more suo. Ipse. yphœus: Et hoc poetice. Nā si interemit centauros: quēadmodū etiā gigantū interfuit plio: qui ante innumeros ānos fuisse dicunt. Non te rōnis egentem. Liptotes figura. Nam minus dixit: & plus intelligimus Hoc em̄ dicit. prudentissimū nō te circūuenit: & est talis figura qualis Munera nec sperno.

Lernæus turba capitū circūstetit anguis id est hydra: Salue vera iouis ꝑles decus addi te p. Nullus em̄ humano sanguine ꝓcreatus tanta perficeret. Dexter adi. Idest ꝓpitius.

Pede sacra secundo. Idest ꝓspero omine:

Super omnia caci. Idest hoc factum laudant vltra omnia: & sic est dictū: vt est Et te sup omnia dona Vnum oro. Et bene quantū ad ipos pertinet: rem maiorem seruauere post omnia.

Obsitus æuo. Aetate inuolutus: vt Terē. Annis pāniscq; obsitus Faciliscq; oculos fert oīa circū. Physici dicunt ex vino mobiliores oculos fieri. Plaut. Faciles oculos habet. i. mobiles vino. Capiturq; locis: Delectat. Romanæ cōditor arcis. Conditor palātei vbi nūc palatiū est: qđ nō re vera arx: sed tenet rerum omniū principatum. Hæc nemora indigenæ fauni. Inde geniti. Et sciēdū ſm Hesiodi theogoniā primos deos genitos inde hemitheos post heroas: inde homines innocentes vltimo sceleratos: quē hic nūc ordinē seruat. Trūcis & duro robore nata. Hoc figmētū ortū ex antiq; hoīm hītatōe q añfactas domos: aut in canis arboribꝰ: aut spelūcis manebāt: q cū exide egrederent vt suā educerent sobolē: dicti sunt inde ꝓcreati. Neq; cultus erat. i. nullā sui curam bēbant. Cōponere opes. i. reseruare: ordinare. Parcere parto. De die inquit viuebant nec inuenta seruabāt. Rami atq; asper

Nec te vllæ facies: non terruit ipse typhœus
Arduus arma tenens: non te rationis egentē
Lernæus turba capitū circūflectit anguis:
Salue vera iouis ꝑles decus addite diuis:
Et nos & tua dexter adi pede sacra secundo.
Talia carminibus celebrāt super oīa caci
Spelunca adiiciūt spirantēq; ignibus ipsum
Cōsonat oē nemus strepitu collesq; resultant
Exin se cuncti diuini rebus ad vrbem
Perfectis referunt: ibat rex obsitus æuo:
Et comitem æneam iuxta natumq; tenebat
Ingrediens: varioq; viā sermone leuabat.
Miratur: facilesq; oculos fert omnia circum
Aeneas: capiturq; locis: & singula lætus
Exquiritq;: auditq; vir⁹ monumenta prior⁹
Tum rex euander romanæ conditor arcis
Hæc nemora indigenæ fauni nipheq; tenebāt
Gensq; vir⁹ truncis: & duro robore nata
Qs neq; mos: neq; cult⁹ erat: nec iūgere tauros
Aut cōponere opes norāt: aut parcere parto:
Sed rami: atq; asper victu venatus alebat.
Primus ab æthereo venit saturnus olympo
Arma iouis fugiens: & regnis exul adeptis:
Is genus indocile ac dispsum montibus altis
Composuit: legesq; dedit. laciūq; vocari
Maluit: his quoniā latuisset tutus in oris.
Aureaq; vt perhibent illo sub rege fuere

Sæcula

Sæcula:sic placida populos ī pace regebat.
Deterior donec paulatim:ac decolor ætas
Et belli rabies:& amor successit habendi.
Tū manus ausonia & gentes venere sicanæ
Sæpius:& nomē posuit saturnia tellus.
Tū reges:asperq; immani corpore tybris:

victu venat⁹ alebat. Cognato quodāmō victu alebant̄:aut venatu montiū:aut arbor⁹ ramis

Prim⁹ ab ethereo venit saturn⁹ olympo. Hoc dicit fm poeticū morē. Nam Saturn⁹ rex fuit cretæ:quē Iuppiter fili⁹ e bello pepulit. Hic fugiens ab Iano susceptꝰ est:q regnabat in italia: quē cū docuisset vsum vineaꝝ & falcis in ptē est admissus īperii: & sibi oppidū fecit: postea suū repetiuit imperiū. Is gen⁹ indocile. Pro indoctum. Nā indocile est qđ penitus nō pōt discere. Indoctū qđ nōdū didicit. Hos aūt dicit eē cōpositos: vñ apparet quia indocile dicit p indoctū. Hoc ē aūt qđ dicit Cic. ī primo rbetoricoꝝ. Feros adhuc boies magni cuiusdā viri orōe cōpositos. Legesq; dedit. Atqui dixit Haud vinclis nec legib⁹ æquā: sed intelligim⁹ Saturnū dedisse leges: qb⁹ adeo obtpauerūt cū iā antea p naturā sine legib⁹ viuerēt. Latiūq; vocari maluit. Bene maluit. Nā & saturnia dicta ē: vt Et nomē posuit saturnia tellus: & Vir. latiū vult dici: qđ illic saturn⁹ latuit Var. aūt latiū dici putat qđ latet italia inter p̄cipicia alpiū & apēnini. Sic placida populos ī pace regebat. Vt merito aurea sæcula crederent̄. Decolor ætas. Vitiosa. in oi em̄ vitioso corpore inest pessim⁹ color: & alludit ad naturā metalli: quā cernim⁹ discolorē nec imerito: sup̄ em̄ dixerat aurea sæcula. iō nūc dixit Decolor ætas.

DO. Nihil memoratu dignum excerpi potest ex Donato.

CHRI. Capitur locis. Veluti p̄sagio quodā mētis q illic futuꝝ eēt caput impii. Cōditor romane arcis. Sic em̄ nōnulli putarūt. Sed varias de cōdita roma opiniones alio in loco dixim⁹. Indiginæ. In eo loco nati: & quoꝝ origo nō sit aliūde: quos græci αὐτόχθονες vocāt. Truncis. Quasi qđ a pricipio orbis inde originē traxerint. Nā q ex antiqs philosophis mūdū habuisse principiū volūt referunt terrā ipsam post elemētoꝝ diuisionē cenosam extitisse: eāq; a sole paulatim densatā: & suo calore fermentatā in plurimis locis tanq; vlcera q̄dā tenui folliculo opta pduxisse: vt etiā nūc in ægypti paludib⁹ videm⁹ accidere. Cū ergo in humidis calore adhibito generatio fiat: & noctu quidē circūfluus aer humorē p̄stet: qui inde sole cōsolidet̄: tandē putredines illæ tpe ad ptum pductæ sunt: vñ effractis folliculis variaꝝ formarū animalia exierunt: inter ea & boies. Quā opinion ē Euripides Anaxagoræ discipulus ī ea quā melāphippē fabula scribit refert. Hi igit̄ a principio vagi inculti sine morib⁹ aut legibus p siluas viuebāt: donec aliqs qui sapia ac eloquentia p̄ditus paulatim a feritate ad humanitatē reducens in vnū eos coegit: atq; illis & mœnia & leges posuit. Aureaq; vt phi. Regnabāt teste Higinio: q Protarchū trallianū secut⁹ est: in hac regione Ianus atq; Cameses tāta cōcordia: vt regio camesene oppidū ianiculū diceret̄. Verū cū iā ad solum ianū regnū pueniss̄et: ipse saturnū creta a ioue pulsum naui delatū hospicio accepit: atq; ab illo agriculturā edoctus eū regni sociū fecit: & cū primus æra signasset in altera parte Saturni effigiē in altera navis: qua aduectus fuerat: imprimendū curauit. Cum autē inter hæc saturn⁹ nusq; appareret: Ianus oēm terrā suæ ditionis parentē appellauit: & saturnalia illi instituit Saturnia oppidum paruū fuit sub capitolio conditū aboriginibus in memoriā saturni. In eo erat saturnia porta: quæ deinde pādana ē noiata. Saturnus mons sequentib⁹ tpibus dictus est tarpeius. Sunt qui dicant saturniā terrā a fertilitatę dictā quia saturanus sit deus fertilitatis. Inde agros fertiles saturnios dixerunt.

Hominū geneſis

Saturn⁹

SER. Tū manus ausonia: & gentes venere sicanæ. Oēs terre habitatores aut indigenæ: aut aduenæ aut cōuenæ. Indigenæ sunt inde geniti. vt de faunis dixit. Aduenæ de vno loco veniētes: vt saturn⁹. Cōuenæ de diuersis: vt ausones & sicani. Sicani autē fm nōnullos populi sunt hispaniæ a sicori fluuio dicti. Lucanus Hesperios inter sicoris nō vltim⁹ amnis. Hi duce Siculo venerunt ad italiā & eā teneuerūt ex dusis aboriginib⁹: mox illi pulsi ab illis: quos añ pepulerāt: insulā vicinā italiæ occupauerūt: & eam sicaniā a gētis noie: siciliā vero a ducis noie dixerūt: q̄q̄ Thucydides de sicilia italū dixit venisse: & ab eo italiā eē appellatā. Immani corpore tybris. Hic thuscoꝝ rex fuit: q iuxta hunc fluuiū pugnās cecidit: & ei nomē īposuit. Alii volunt istū ipm regē latrocinatū eē circa bui⁹ flumis ripas: & trāseūtib⁹ crebras iniurias intulisse vñ tybris q̄si ὑβριστὴς dictus ē ἀπὸ τοῦ ὑβρίζω. i. ab iniuria. Nā amabāt maiores vbi aspiratio erat θ ponere. Alii vt supra dixim⁹ volūt eos q de sicilia venerit tybrim dixisse ad similitudinē fossæ syracusanæ: quā fecerunt p iniuriā afri & athenienses iuxta ciuitatis murū. Nā qđ Liuius dicit ab albano rege tybrim dictū nō ꝓcedit ideo qa etiā añ albā tybris dict⁹ inuenit. Albula nom̄. Antiquū hoc nomē a calore habuit. Me pulsum p. Aut vt

A quo post itali fluuiū cognomine thybrim
Diximus: amisit verum vetus albula nomen
Me pulsū patria pelagiq; extrema sequentē
Fortuna oīpotens: & ineluctabile fatum
His posuere locis: matrisq; egere tremenda
Carmētis nīphæ monita & de⁹ auctor apollo
Vix ea dicta: debinc ꝓgressus mōstrat: & arā
Et carmentalē romano nomine portam.
Qua memorāt nīphæ priscū carmētis honorē
Vatis fatidicæ: cecinit quæ prima futuros
Aeneadas magnos: & nobile pallanteum
Hinc lucū ingentē: quē romulus acer asylum

dixim⁹ ſup̄ ꝓpter paricidiū: aut certe oraculorū neceſſitate cōpulſum. Pelagiq̄ extrema. Per extrema pelagi actū. Aut vt dicit Dona. ꝓ pelagus extrema pelagi ſequentē. Aut pelagi aduerbiū ē. Fortuna oīpotēs & ineluctabile fatū. Scdm ſtoicos locutus ē: qui naſci & mori fatis dant: media oīa fortunæ. Nā vitæ humane incerta ſunt oīa: vñ & miſcuit: vt q̄ſi plenū oñderet dogma. Nā nihil tā cōtrariū eſt fato q̄ caſus: ſed ſm ſtoicos dixit. Egere. Cogere: vt q̄ſi oñdat ſe iuitū.

Retulit: & gelidā monſtrat ſub lupe lupercal
Parrhaſio dictū panos de more lycæi:
Necnō ei ſacri monſtrant nemus argileti.

Carmētis nymphæ monita. Matris eius. Nymphæ aūt maritæ dixit: nā græce ſponſa νυμφη dicit. Hæc aūt nō vere nympha fuit: ſed vaticinatrix. Auctor. ſ. oraculoꝝ. Monſtrat & arā. Quā matri fecit extinctæ. Eſt aūt iuxta portā: q̄ primo a Carmēte carmētalis dicta ē: poſt ſcelerata a Fabiis. cccvi. viris q̄ ꝓ ipſam in bellū ꝓfecti nō ſunt reuerſi. Vatis fatidi. Bene addidit fatidicæ. Nā vatē & poetā poſſum⁹ intelligere. Luca. Necſi te pectore vates accipiā. vñ ſolū plenū nō erat. Ergo tale ē vt eſt illud in Salu. In tugurio mulieris ancillæ: nō q̄ mulieris ſtatim & ancillæ: ſi aūt ancilla ſtatim & mulier ē. Quæ prima. Quia poſtea etiā Sibylla dixit nobile palētеū futurū. ſ. licut & æneades. Aſylū retulit. Poſtq̄ Hercules migrauit e terris nepotes eius timētes inſidias eoꝝ quos auus afflixerat: athenis ſibi primi aſylū: boc ē tēplum Miſericordie collocarūt. vñ nullus poſſet abduci: q̄d etiā Statius dicit Herculeos fama ē fundaſſe nepotes. Ideo ergo ait. q̄d Romulus acer aſylon rettulit: boc ē fecit ad imitationē athenienſiū aſyli: q̄d ido Romulus fecit: vt haberet aduenas plures: cū q̄bus cōderet romā. Iuuenalis. Et tñ vt lōge repetas lōgeq̄ reuoluas Nomē ab infami gētes deducis aſylo Gelida mōſtrat ſub rupe lupercal. Sub mōte palatino eſt q̄dā ſpelunca in qua de capro luebaē. i. ſacrificabaē: vñ & lupercal dictū nō nulli putāt. Alii vero dicūt q̄d illic lupa remū & Romulū nutrierit. Alii quod eſt veriſimilius lucū hunc eē ſacratū Pani deo arcadiæ: cui etiā mons lyceus in arcadia ē cōſecratus: & dict⁹ eſt q̄d λυκους. i. lupos nō ſinat in oues ſæuire. Ergo iō & Euander deo gentis ſuæ ſacrauit locū: & noiauit lupercal q̄ ꝑſidio ipſius numinis lupi a pecudib⁹ arcerent. Parthaſio dictū panos de more lycæi. Ordo ē. Monſtrat lupercal panos lacæi dictū de more parthaſio. i. oñdit lupercal panos lycæi dicatū ex more arcadico. Nā parthaſia arcadia eſt. Dictū. Dicatū: conſecratū Panos lycæi. Huius panos genitiuus ē græcus: & panos lycæi ſic dictū eſt. vt Iouis olympi Apollinis delphoꝝ. Sacri monſtrant nemus argileti. Sacri: execrabilis. Sane argiletū multi volunt q̄ſi argiletum a pingui terra. Alii a fabula. Nam Euander argū quendā ſuſcepit hoſpicio: qui cū de eius cogitaret interitu. vt ipſe regnaret. Euandro bæc nō ſentiente ſocii intellexerūt: & argū necarūt. cui Euāder & ſepulchrum fecit: & locum ſacrauit. non q̄d ille morebatur: ſed hoſpitalitatis cauſa. Bene autem Euander in hac re immoraē: & docet cauſas: ne apud hoſpitem in ſuſpitionem veniat. Ergo argiletum ab argo illic ſacrato & ſepulto.

DO. Me pulſū. Nō ſua culpa patria caruiſſe ſed fatoꝝ demōſtrat: q̄ vt ipe dicit: ſunt iſupabilia. Mē Nā & mē & dea q̄ cōtra pietatis meritū mouere filiū nō poſſet. Cecinit q̄ prima. Magnū argumentū q̄ dea fuerit & fatidica. Cū prima cecinerit æneadaī futuro: magnos: & pallātеū futurū nobile. Lucū. q̄ poſtea a romulo aſyli nomē accepit. Lupcal. Vñ lupci & lupcalia dicunē. Argi. Qui ex hoſpite factus eſt inimicus: vñ nō erat pudēdū: ſi hoſpitē talē interemiſſet: q̄ hoſpitalis religionis oblitus fuiſſet.

CHRI. Auſonia. Auſones eā ptē italiæ habitauerūt: q̄ eſt ꝓpe rheginos ad meridiē in dorſo apēni
Auſones ni: ſic dicti ab Auſone antiq̄ſſimo rege ex arcadia huc ꝓfecto: q̄ poſtea ſparſi ꝑ italiā aborigines ſunt nominati Sicani. Vide Seruiū. Poſt ſicanos ī eadē inſula: vt refert Dionyſius: venerūt ſiculi: q̄ italiæ populi cū pelaſgis & aboriginib⁹ pares eē nō poſſent: italiā oēm inferiorē in notū ꝑgrantes in ꝓximā inſulā obſeruato æſtu trāſfretarūt. Occuparāt aūt prius ſicani biſpanū gen⁹: q̄ lygures fugerāt: & ſicaniā a ſe inſulā noiarunt: q̄ antea a figura triangulari trinacria dicebaē. Iſti igiē a ſe ſiciliā noiarūt: q̄d fuit: vt placet Ellanico leſbico tribus ætatibus ante res troianas. Is em̄ dicit eoꝝ regē noiatū Siculū: a quo & ipſi & inſula nomen acceperūt. Phyliſtus aūt ſyracuſanus ſcribit tp̄s trāſmiſſionis annis octoginta añ troianū bellū fuiſſe eamq̄ gentē neq̄ ſiculoꝝ neq̄ auſonioꝝ neq̄ belimoꝝ ſed lygurū fuiſſe ducente eos Siculo. quē Itali fi-
Siculus lium dicunt fuiſſe: & ab eo dictos eē ſiculos. Antiochus ſyracuſan⁹ ſiculos bos exactos fuiſſe ab œnotriis & vmbris. Thucidides ſcribit ſiculos pulſos ab opicis multis ānis poſt troicū bellū. Fortuna oīpo. Videtur ponere fortunā ꝓ fato in hoc loco ꝓptereaq̄ oīpotentē appellat. Quō autē a philoſophis fatum a
Euander. fortuna & a caſu diuidaē: alio loco puto dixiſſe. Euādrū aūt ex pallātio vrbe arcadiæ in italiā veniſſe ſexaginta annos ante res troianas ait Dionyſius: creditūq̄ eē mercurii filiū & nymphæ cuiuſdā arcadiæ incolæ: quā græci thenō eē dicunt: fatidicāq̄ demonſtrant. Romani carmetē dixerunt quia ventura carmine p̄diceret. Quo autē duxit: venerūt: q̄m diſſidente populo ps inferior vltro exceſſit. Receptus eſt liberaliter a fauno rege. aboriginē ꝓnepotē Martis: atq̄ ab eo data eſt portio agri quam voluerūt arcades: qui pauci erāt: Elegerunt p̄monſtrāte Carmēta collē tyberi vicinū paruūq̄ in eo oppidū condiderūt appellarunt pallantiū a metropoli eoꝝ regionis: q̄uis Polybius dicat dictum a Pallante adoleſcēte ibi mortuo.
Carmēta Sed nullū veſtigiū extat q̄d Euāder aliquas cerimonias illi inſtituerit: cū arā Carmētæ ſub capitolio erexerint iuxta portā carmentalē. Inſtituerunt autē templū Panilycæo arcadū deo vetuſtiſſimo in loco quē romani lupcal: nos lycæum dicimus. Erat aūt illis tpibus antrū magnū ſub colle arboribus tectū & fontes ſub petris ꝓfundi & adbærens rupibus denſa ſilua: Ibi ara: apud quam etiā nunc romani ſacra faciūt menſe februario cū zona pellis caprine diſcurrentes pregnantiū fœminarum dextras ad facilem partum verberant

verberãt. Hic nõnulli putãt dictũ Lupercal eo qđ luant p capr̃. In vertice collis victoriæ tẽplũ erat. Hæc Luper & lõge plura i Dionysio. Sũt & alia de Euãdro: q̃ apd Seruiũ & cõciuẽ nr̃m Boccaciũ florẽtinũ inuenias. calia

Testaturq; locũ: & lætũ docet bospitis argi:
Hinc ad tarpeiã sedẽ: & capitolia ducit
Aurea: nũc olim silvestribus horrida dumis.
Iam tũ religio pauidos terrebat agrestes
Dira loci: iam tũ siluã saxumq; tremebant
Hos nemus: hũc inqt frondoso vertice collẽ
Quis deus incertũ ẽ: habitat deus: arcades ipm
Credunt se vidisse iouẽ: cum sæpe nigrantem
Aegida cõcuteret: dextra nimbosq; cieret.
Hæc duo pterea disiectis oppida muris
Reliquias: veterũq; vides monumẽta viror̃
Hanc ianus pr̃: hanc saturnus cõdidit vrbem
Ianiculũq; huic: illi fuerat saturnia nomen.
Talibus inter se dictis ad tecta subibant
Pauperis euãdri: passimq; armenta videbant
Romanoq; foro: & lautis mugire carinis:
Vt ventũ ad sedes: hæc inquit limina victor
Alcides subiit: hæc illũ regia cœpit.
Aude bospes cõtẽnere opes: & te q̃q; dignũ
Finge deo: rebusq; veni non asper egenis.
Dixit: & angusti subter fastigia tecti
Ingentem æneã duxit: stratisq; locauit
Effultum foliis & pelle libystidis vrsæ.
Nox ruit: & fuscis tellurem amplectitur alis.
At venus aut aio nec q̃quã exterrita mater
Laurentũq; minis: & duro mota tumultu
Vulcanũq; alloq̃ talamoq; fr̃ cõiugis aureo
Incipit: & dictis diuinum aspirat amorem
Dũ bello argolici vastabant pergama reges

SER. Testaturq; locũ: & lætũ docet bospitis ar. Iurat nõ sua culpa iura bospitii eẽ violata. Aurea nũc oli silvestrib⁹. Nũc ad vtrũq; ptinet: & ad aureã: & ad tarpeiã sedem. Nã tarpeia sedes dicta ẽ a Tarpeia virgine. Cũ em̃ romulus cõtra sabinos bella tractaret. & tarpeio cuidã dedisset arcẽ tuendam: filia eius tarpeia aq̃tũ p̃fecta in bostes incidit: quã cũ cohortarent ad p̃ditionẽ illa p p̃mio popposcit ornatũ manuũ sinistrarũ. i. armillas. Facta itaq; arcis p ditione bostes igenioſa morte p̃missa soluerũt. Nã scuta. i. sinistrarũ manuũ ornatũ sup illã iacientes eã luce priuauerũt q̃ illic sepulta tarpiæ sedi nomẽ imposuit. Dira. Magna: vt an sua cuiq; de⁹ fit dira cupido. Religio. i. metus ab eo q̃ ẽ mẽtẽ religet dicta religio. Hæc nem⁹ Bene vbiq; nem⁹ dixit. Nã tũc ædificia ñ erãt.

Ipm credũt se vidisse iouẽ. In boc. s. nemore Sane ad illud alludit qđ primi dicunt Ioui tẽpla fecisse: nec em̃ lõge sunt a mõte olympico: vñ eos dixit Iouẽ vidisse: & qđ ipsi sunt προ τὸσελήνιοι. i. añ lunã creati: vt Sta. Arcades astris lunaq; priores: licet dicat Sal. primo cretenses iuenisse religionẽ: vñ apud eos nat⁹ fingit Iuppiter. Aegida concuteret. Hic distinguendũ ẽ. Nã ægida. i. pellẽ amaltheæ capre: a q̃ nutrit⁹ est in sinistra iuppiter tenet. Dextra nimbosq; cie. Et đ dextra fulmina cõmoueret Nã mõ nimbos p fulminib⁹ posuit: q̃ de dextra iacit. Aegidis aũt concussio cõmouet pluuias. Disiectis oppida mu. Vnũ Iani: aliđ saturni: iã tũc vetusta. Monumẽta viror̃. Hoc fmone oñdit etiã saturnũ virũ fuisse. Passim q; armẽta videbãt. Quæ post mortẽ Caci nullo timore passim vagabant Romanoq; foro romanũ for̃ ẽ vbi nũc rostra sunt Lautis mugire carinis. Carinæ sunt ædificia facta i carinarũ modũ: q̃ erãt intra tẽplũ telluris. Lautas. dixit aũt p̃pter elegãtiã ædificior̃: aut p̃pter Augustũ: q natus ẽ cunis veteribus: & nutrit⁹ ẽ in lautis carinis Victor alcides subiit. Εὐοὐ μβολῶ σ. i. bonũ Aeneæ omen oñdit. Aude bospes cõtẽnere opes. Bene aude q̃si rem arduã & difficilẽ. Dignũ finge deo. Cõpone te in similitudinẽ numinis. Angusti subter fastigia tecti duxit. Ex cõtrarietate q̃situs ornat⁹. Ait em̃ angusti tecti subter fastigia ingentẽ æneã duxit.

Pelle libystidis vrsæ. Spẽs p genere. Nã cuiuslibet feræ possumus accipe Exterrita mr̃. Ideo territa: quia mr̃. Dictis diuinũ inspirat amorẽ. Petitura p filio de adulterio p̃creato orõnẽ suã ingenti arte cõposuit: qđ etiã Vulcanus ipse testat̃ dicens. Quid cãs petis ex alto? Nũ ei aperta ẽ eius petitio: sed lõga p̃mio puersam amore mariti circũuenit mentẽ. Ergo q̃nẽ banc: quæ nascit̃ ex petitione Veneris impudica: soluimus bis modis. Primo qđ Vulcanũ amore circũuenit: deinde qđ est nacta occasionem eius tpis: quo marti arma faciebat quẽ fuisse sciebat adulterũ: p qđ datur intelligi Vulcanũ oẽm suspitionẽ & iram: quã babuit circa Venerẽ deposuisse: adeo vt arma etiã ipse fabricaret adultero. Præterea vulcanũ vxorium fuisse testat̃: et Virgi. dicens. Tunc pater æterno fatur deuinctus amore: et Sta. vbi Martẽ Venus alloquit̃: vt At non eadẽ vulcania nobis Obsequia et læsi seruat tr̃ita mariti. Nam qđ dicit Donatus potuisse fieri: vt cum Anchisa concũberet Venus anteq; Vulcano nuberet: nõ p̃cedit. Constat em̃ a p̃rincipio Venerem vxorem fuisse Vulcani.

DO. Ducit. Ostendendo nõ autẽ ambulando. Nam senex ardua nõ ascendisset vespertino tẽpore

Ad tecta. Vt iam appropinquasse ostendat. nõ autẽ tecta ne ingredi viderentur. Regia. Quæcunq; domus modo a rege habitẽt regia iure dicit̃. Aude bospes. Multũ tribuit æneæ. cum berculi compa

tet. Rebusq; ueni nō asper egenis. i. ne aspere ueni rebus nō egenis. Sum cui paup: cui & si copia desit: ali quātæ tn̄ substātiæ sunt. Sed nō sum egenus: ille em̄ in miseria est & egestate. Ergo nō bis repetendum Libystidis vrsæ. Vt ex p̄cio bestiæ aliqd gratiæ illistrato adderet. Vulcanū alloquit̄. Tm̄ habēs spei quātū vxor de viro cōcipere debet: & tm̄ desperatōis quantū odiū inter vitricū & priuignū eē cōsueuit. Ergo illū fraude adorit̄. Talamo. Vt inter secreta lectuli extorqueret qđ ille nolet. Diuinū. Quem humanis pectoribus dono inserere cōsueuit. Nā amor qui est ex voluntate nostra humanus est:

CHRI. Docet lætū. i. docet & q lætū intulerūt: & q̄re intulerūt: vt culpā a se amoueat. Nūc. Is ca pitolia & tarpeia & aurea. Nā euādri tpibus nec aurea erāt: nec illa noīa habebāt. Nā mons iste primo sa turnius ē applat?. deinde tarpeius a tarpeia virgine sabinoꝝ scutis necata. de q̄ Propertius. Tarpeiæ ma nes & tarpeiæ turpe sepulchrū Fabor & antiq q limina capra iouis Postremo cū tarqnus priscus funda menta ad ædē Iouis faciendā cauaret ab inueto humano capite capitoliū dixit: Qđ sequentib? tpibus ita ornatū excultūq; fuit vt primū inter septē orbis spectacula ponerēt̄. Terrebat. Nā prim? in orbe deos fecit timor: Pauperis euādri. Vel vt oñdat q̄nta. deinde incremēta fuerint vrbis romæ vel p trāsitū anti quoꝝ frugalitatē laudat. Possim armēta. Nā in iis priscoꝝ diuitiæ erāt. Romanoq; foro. Post palatiū erat i via sacra ad radices capitolii. Carinis. Carinæ viā sacrā ptingebant. vincula diui petri in illis sunt.

Hæc regia. Quasi dicat q̄uis parua & humilis: & oñdit magnos viros ñ fortunæ pōpas sed ai virtutes admirari. Angusti ingentē æneā. pulcherrima ē declamatio a cōtrario: & occulte significat etiā magnos aios in angustis larib? inueniri posse. Diuinū amorē. Quasi dicat maximū & q̄lē a tali dea ispirari posset Dū bello ar. in deliberatiuo genere ē. Petit em̄ arma filio. Est aūt cā turpis: cū petat & filio arma a marito quē ipsa ex adulterio cōceperat. Quapropter magna ex pte ponit psonā p psona. Demōstrat em̄ cā troia noꝝ maxie moueri. Captat aūt i primis beniuolentiā a psona sua: cū oñdat maximā rōnē mariti habuisse & q̄uis multū cuperet troianoꝝ cā: plurimūq; deberet troianis pp iudiciū Paridis: tn̄ nunq; voluisse illū incassum laborare i re nihil p futura. Nūc aūt petere arma cū teucri iussu iouis in italiā cōstituerint.

SER. Debita. Fataliter ad exitū destinata.

Miseris. Atqui bonestū ē miseris subuenire: sed hoc dicit: cur te fatigarem p boibus fati necessitate pituris: Priami deberē plurima natis. Scim? q; Paridi tantū debuit: sed hoc idem habet ad aliarū cōmemoratōnē psonarum: ne ex turpi cā paridi debuisse videatur. Aeneæ fleuissem sæpe laborē. Bene post pgama post troianos: post priami liberos cū excusatōe cō memoratio fit æneæ. dicit em̄ se eius in fœlici tate cōmotā. Iouis iperio. nevidereē ipudēs si aliena regna deposceret: & hoc latenter dice re videtur saue huic: cui etiam Iuppiter fauet.

Eadē. Quæ tūc. s. siui. Arma rogo. Hic di stinguendū: vt cui petat: non dicat: sed relinq̄t intelligi. Genitrix nato te filia neri. Thetis: quæ achilli arma ipetrauit: & bonis vtiē com parationibus dicēdo filia neri: cū ipsa iouis sit filia. Item vxor tithonia: cum ipsa sit Vulcani.

Neri. autē p Nerei. Oīa aūt q̄ in eus exeunt bodie apud maiores i es exibāt: vt Thydeus tydes: & genitiuū in is mittebant: vt tydis ne ris: sed quia plerūq; es in latinitate detrabitur remanebat i. Hinc ē filia Neri. Immittis achil li. Item in Salustio. Ad bellū persi macedoni cum: sic asper Tithonia cōiunx. Aurora peti uit pro Memnone. Clausis ferrū acuant por tis. dixit enim superius. Quinq; adeo magnæ positis incudibus vrbes. In me. Artificiose arma petit & iam sibi p futura. Nam a græcis fuerat vulnerata: vnde est. Equidē credo mea vulnera restant. Cunctantē. s. de p̄missione quā rem per amplexū suū immisso amore per soluit. Accepit solitam. f. Alludit ad rem na turalem. Nāq; ideo vulcanus fingit̄ maritus veneris q̄ venereū officium nō nisi calore con stitit: vnde est Frigidus in venerē senior. Labefacta po. Si ossa labefecit: quanto magis animū. Atq; olim fere. Vt solet. Nam nō est aduerbiū temporis. Ignea rima micans. id est fulmen: cuius naturā ex pressit. Nanq; nubes vento coactæ plerūq; rumpunt̄: & ex se fulmē emittūt. Formæ conscia coniunx. intellexit se

Debita: casuraſq; inimicis ignibus arces
Non vllum auxiliū miseris: nō arma rogaui
Artis opisq; tuæ: nec te carissime coniunx
Incassum tuos voluī exercere labores.
Quāuis & priami deberem plurima natis:
Et durū æneæ fleuissem sæpe laborem:
Nunc iouis imperiis rutiloꝝ constitit oris:
Ergo eadē supplex venio & sētm̄ mihi numē
Arma rogo: genitrix nato te filia neri
Te potuit lachrimis tithonia flectere cōiunx
Aspice qui coeant populi: q̄ mœnia clausis
Ferrū accuant portis in me: excidiūq; meoꝝ
Dixerat: & niueis hinc atq; hinc diua lacertis
Conctantē amplexu molli fouet: ille repente
Accepit solitā flammā: notusq; medullas
Intrauit calor: & labefacta p ossa cucurrit:
Nō secus atq; olim tonitru cū rupta coruſco
Ignea rima micās percurrit lumine nimbos.
Sensit læta dolis: & formæ conscia coniunx
Tum pater æterno fat̄ deuictus amore
Quid causas petis exalto: fiducia cessit
Quo tibi diua mei: similis si cura fuisset
Tū quoq; fas nobis teucros armare fuisset

Nec pater oĩpotens troiã nec fata vetabant
Stare: decẽq; alios priamũ ſupeſſe per annos.
Et nũc ſi bellare paras: atq; hæc tibi mens eſt
Quicqd in arte mea poſſunt ꝓmittere curæ
Quod fieri ferro liquidoue poteſtur electro
Quãtũ ignes: aĩæq; valent abſiſte ꝑcando
Viribus indubitare tuis ea verba locutus
Optatos dedit amplexus: placidũq; petiuit

intellexit ſe dolis & pulchritudine preuertiſſe mentẽ mariti. Deuinct⁹ Hoc ſermone oñdit eũ cuncta poſſe cõcedere. Ex alto. Argumẽtatione lõge repetita. Nec fata vetabãt ſtare. atq; ſuꝑ ait debita. Sed ſciendũ ſm aruſpicinæ libros & ſacra arũtia: q̃ Tages cõpoſuiſſe dicitur fata decẽ ãnis q̃dã rõne differri. qđ nũc dicit Vulcan⁹ potuiſſe fieri. ergo nõ eſt cõtrariũ. Nã fata differunt tantũ: nunq; penitus imutant: qđ etiã Iuno dicit Atq; imota manet fatis lauinia cõiunx. Attrahere atq; marã tantis licet addere rebus. Si bellare p. qa dixerat In me excidiũq; meor. Pñt ꝓmittere curæ vel poſſum quicqd curæ eſt. i. officii & ſolitudinis. Liquido electro. Puro: & ſm Pliniũ in naturali biſtoria ſunt tria electri genera. Vnũ ex arboribꝰ: qđ ſuccinũ dicit. Aliud qđ naturaliter inuenit. Tercium qđ fit de tribus partibus auri & vna argenti: quas partes etiã ſi naturã reſoluas: inuenies. Vnde erant q dicunt melius eſſe naturale. Electri autẽ natura ꝓbatur veneno: quo recepto & ſtridorẽ emittit: & varios i diſſimilitudinẽ reddit colores Animæ ventis αὐτοτὼ νάγε μωγ quia ſm aliquos anima ventꝰ ẽ. vt Atq; inuentos via receſſit. Precando viribus indubitare tuis. i. dubitare. nam in vacat. & hoc dicẽ precũ nimietas poſtulationis ſignificat dubitationem.

DO. Priami natis. De creuſa maxime intelligit. laborat aũt vt verecunde videatur petere: ne mariti auxiliũ inaniter rogaret in rebus q̃ remoueri nõ poſſent. Eadẽ. Quæ tacui. Genitrix nato. Maiorẽ miſeratiõẽ mouet noibus neceſſitudinũ q̃ mouiſſet noibus ꝓpriis In me. iunxit pſonã ſuã vt magis moueret. Accepit ſolitã fl. Oñdit plus ꝓfuiſſe loci tpis & pſonæ obſeruationẽ q̃ verba. Pr. Qui loco prĩs æneæ eẽt ꝓfutur⁹ Quid cãs. ita loqt q̃ſi nõ ipe q eẽt paulo añ cũctabat. Ex alto. lõga circuitõe verbor. Nec pr oi. ñ poſſe penit⁹ ſubuerti ſed poſſe differri fata oñdit poeta. Ferro. Ad robur ptinet. Electro Ad pulchritudinẽ. Sed armor ſplendor vehemẽter terret hoſtes. Aiæ. venti qbus ignis animat.

CHRI. Artis opis. Quaſi dicat q facile ꝓſtare potuiſſes. Cariſſime cũ efficacia ꝓtulit & geſt⁹ lenocinio. Cariſſime. Propterea nolui te incaſſum laborare: qa mihi es cariſſim⁹. Cariſſime. Quaſi hoc verbo medeẽ dolori inueterato vulcani ex adulterio anchiſæ q̃ſi inferat non ꝓpterea ſe anchiſæ admiſcuiſſe ꝙ tedio mariti afficereẽ: ſed alia veniali cã ergo cariſſime cõiunx. i. cuius cõiugium mihi ſemp gratiſſimũ fuit: nã nulla alia re grauius ferunt vxoris adulteriũ viri: q̃ ꝙ dolent poſtponi in amore. Quãuis priami natis. Quod debebat Paridi ſoli veluti gratiſſima ſe oĩbus debere dicit. Et durũ æneæ. nõ noiauit æneã niſi iã corroborata cã: atq; ea conaẽ ducere in cõmiſerationẽ: tũ eius noiat durũ laborẽ & cũ multũ cõfidere formæ ſuæ: addit fleuiſſem: vt moueaẽ ꝓpter ſe: ſi nõ mouet ꝓpter æneam. Iouis imperiis rutilor. Oſtendit egere auxilio. qa in oris rutilor. Oſtendit picula nõ eẽ ineuitabilia: quia ſint ſub tutela Iouis Ergo eadẽ. Oſtenderat cam petendi eẽ boneſtã: neq; deſperandã: nunc ponit petitionem. Nato filia. Ergo cõcedendũ te. Nerei te potuit l. tb. c. Argumentũ a maiori. Aſpice. oſtendit auxiliũ neceſſarium ꝓpter boſtiũ potentiã: Et niueis binc atq; binc. Fœminar eſt vt pulchritudini & blanditiis plus confidant q̃ veris argumẽtationibus. ipſa autẽ prudentiſſime egit vt primo rõnibus cõmoueret: deinde cõmotũ pulchritudine & blanditiis ipelleret. Cunctantẽ. ex morali ſenſu docet maximos etiã viros muliebri forma a lenocinio domari poſſe. vt de hercule ſamſoneq; referũt. Senſit læta dolis. nihil eñ fœminæ gratius accidere põt: q̃ cũ ſentit ſua pulchritudine virũ vinci. Quid cãs ex alto. Aia duerterat artificioſam cõiugis orõnẽ vulcanus & illã p inſinuationẽ argumentationis ex longinquo repetiſſe: & veluti amore pdomitus operã ſuã pfectã abſolutãq; polliceẽ. Quis eñ amori reſiſtat: vnde ipſe alibi: oia vincit amor & nos cedam⁹ amori. Liquido ve poteſtur electro. nõ me fugit inueniri apud antiqnos poteſtur. nam Lucre. ait in tercio: qđ tñ expleri nulla rõne poteſtur. vt etiã dixerunt poteſſe: idẽ qđ ſi forte vna credunt rõne poteſſe: verũ in boc verſu nõ ſtat: quia electrũ primã ſyllabã ꝓducit eſt eñ ΗΛΕΚΤΡΟΝ græce & Η littera ſemp apud nos in e longã tranſit. ergo ſi dicaẽ Liquido ve poteſtur electro corripit e: qm̃ eſt vltima dactyli. Qua rõne inductus puto Virgiliũ bũc verſum feciſſe ſpondaicũ: vt eſt cornua velatar ſub duximus antẽnarũ: & alibi Sic coſtã longo ſub duximus apẽnino. Quapropter dicit qđ fieri ferro liquido ve põt electro: vt teſte ſic in quinta ſede ſpondeus ꝓ dactylo: qđ apud græcos tritiſſimũ eſt. Animæ venti. Nora. Impellunt aiæ lintea thraciæ. nã vento per folles concitato egent fabri ferrarii ad ignẽ viuificandum: vnde flamma a flatu dicitur.

Coniugis ifuſus gremio per mẽbra ſoporem
Inde vbi prima qes medio iã noctis abacta
Curriculo expulerat ſomnũ cũ fæmia primũ
Cui tolerare colo vitã tenuiq; minerua
Impoſitũ cinerem & ſopitos ſuſcitat ignes

SER. Cõiugis infuſus gremio. Hoc ẽ añ cõcubuit: & ſic geuit. Prob⁹ vero & Carmin⁹ pp cacepbaton ifuſũ legũt vt ſit ſenſus Dormit cũ cõiuge dormiẽte. i. petiit ſoporẽ ifuſũ etiã i cõiugis gremio. Curriculo. Tpe mo. alias loco: alias officio. Colo bunc ſequimur. Nam bui⁹ coli dicim⁹: nõ vt Stat. bui⁹ colus in ſexto theb. Extrema iã filia colu datus ordo ſenectæ

& in quarto. Nigræq; soroꝛ Intrauere colus.
Tenuiq; minerua. ñ filio tenui: sed paruo p̄cio lanificii. & alii hic distinguũt & subaudiũt mos ẽ. Aut placet vt sit sensus Cui tolerare colo vitã tenuiq; minerua mos ẽ: vel placet. & sic inferũt ipositũ cinerẽ & sopitos: vt cõtra Ho. Incedis p ignes suppositos cineri doloso Alii sic legũt Tenuiq; minerua ipositũ. i. cui hec necessitas fataliter data. Noctẽ addens operi. p trãsitũ oñdit eẽ noctẽ partẽ diei. Exercet penso. fatigat. Teren. in andria. Primo hæc parce ac duriter vitã agebat lana & tela victũ q̄ritans. Hinc ergo traxit Virg. vt diceret Castũ vt seruare cubile. Ignipotes. Vulcan⁹ vt diximus: ignis est & dr̃ Vulcanus q̄si volicanus: qđ per aerẽ volat. Ignis eñ e nubib⁹ nasciẽ: vñ & Homerus dicit eũ đ aere p̄cipitatum in terras. qđ omne fulmen de aere cadit: qđ quia crebro in lemnũ insulã iaciẽ: ideo in eã dr̃ cecidisse vulcanus. Claudus autẽ dr̃: quia p naturã nunq; rectus est ignis. Ad fabrilia dura. ex contrariis epithetis fecit ornatũ. dicens mollib⁹ e stratis opera ad fabrilia surgit. Sicanum iuxta latus æoliamq; erigiẽ liparẽ. physiologia ẽ cur Vulcanus in his locis officinã habere fingaẽ inter liparem & ætnã. s. ppter ignẽ & ventos: quæ apta sunt fabris Aeoliam aũt ideo liparẽ quia vna est de illis septẽ insulis quib⁹ æolus imperauit; Antra ætnea t. magnitudinem ictuum

Noctẽ addẽs operi: famulasq; ad lumia lõgo
Exercet penso: castũ vt seruare cubile
Coniugis: & possit paruos educere natos
Haud secus ignipotens nec tpe segnior illo
Mollibus e stratis opera ad fabrilia surgit
Insula sicaniũ iuxta latus æoliamq;
Erigiẽ liparen fumantibus ardua saxis
Quã subter specus: & cyclopũ exesa caminis
Antra ætnæa tonãt: validiq; incudibus ictus
Auditi referunt gemitũ: striduntq; cauernis
Strictureæ chalybũ: & fornacib⁹ ignis anhelat
Vulcani domus: & vulcania noie tellus.
Hoc tunc ignipotens cœlo descendit ab alto
Ferrũ exercebant vasto cyclopes in antro
Bronteſq; steropes & nud⁹ mẽbra pyracmõ.
His informatũ manibus iam parte polita
Fulmen erat: toto genitor q̄ plurima cœlo
Deiicit in terras: pars imperfecta manebat.
Tris imbris torti radios: tris nubis aquosæ

ostendit quibus & vicini montes resultabant: aut certe ætnea quasi ætnea dixit Auditi referunt gemi. per ecco. & breuiter significauit. Strictureæ chal. strictura est terra ferri in massam coacta. Chalybes proprie sunt populi: apud quos nasciẽ ferrũ: vt ipse At chalybes nudi ferrũ virosaq; pontus. Castorea. vñ mõ chalybũ posuit strictureus p ferri massis. hoc tũc. i. huc tũ: & hoc p huc posuit fm antiquũ morẽ. nam antea hoc aduerbiũ loci fuit qđ nunc aboleuit: nã crebro in antiquis lectionib⁹ inueniẽ: sicut in epistolis ꝓbat Verius flaccus exemplis auctoritate & rõne dicens in aduerbio p u o plerũq; maiores ponere cõsuetos: & sic p huc hoc veteres dicere solebãt sicut p illuc illo dicimus: vñ etiã hoc o longũ apparet eẽ sicut illo dicimus qđ p illuc ponieẽ. Bronteſq. quid facturi sint ex noibus docet. Nã brontes a tonitru dictus est ἀπὸ τοῦ τὴν βροντὴν Steropesq. a fulgetra. i. ἀπὸ τοῦ στεροπὴν. Pyracmo vero q nunq; a calenti incude descẽdit ἀπὸ τοῦ πυρὸς καὶ ἄκμονος Nã pyr ignis ẽ; ἄκμων incus. Nud⁹ men. per hunc etiã cæteros nudos fuisse significat: Informatũ. in quandã formã designatũ & cõpositũ. dicit autẽ in fulmine partẽ non perfectã partẽ iã pollitã fuisse. Toto genitor q̄. p. c. Toto cœlo. i. ab oi parte cœli. nã dicunt physici de sexdecim partibus cœli iaci fulmina: quæ autẽ qualia: vt Hunc Euryale aspicio ideſt talẽ. Ergo hoc dicit. Faciebant fulmen in eos similitudinẽ: quæ iuppiter iacit toto cœlo hoc ẽ diuersis ptibus cœli. s. sexdecim. Tris imbris torti: r. constricti & coacti in grandinem. Statius. Siccos quos asper hiatu Præsolidat boreas. & sciendũ in hoc eũ velle oñdere toto anno iaci fulmẽ: nã p has pphrasis tpa ostendit anni totius: quæ & quatuor esse & ternos menses habere manifestũ est. vnde dicit. Tris imbris torti radios. hoc est grandinis: quæ abundat per byemẽ. Tris nubis aquosæ. hoc est veris: quo tempore nimiæ sunt pluuiæ. vt & ruit imbri ferrum ver.

DO. Gremio. intelligitur gremiũ nõ solũ sedentis sinũ: verumetiã quicquid homini ad requiẽ prestiterit locum. ita alibi. Et foꝛ gremio dea tollit in altum. Famulas. p manibus accipiamus: quib⁹ vice famularum vtunt pauperiores: quibus ad cõparandas famulas pecunia nõ est.

CHRI. Cum fœmina primũ. oñdit p transitũ oportere bonã matrẽ familias assiduo opere cuncta q̃ domi sunt curare & pro viribus familiã nutrire. & castitatẽ duritia vitæ & assiduo labore cõseruare. quapropter recte Iuuenalis Præstabat castas humilis fortuna latinas. Quondã nec vitiis cõtingi parua sinebat Tecta labor: somnicq; breues & vellere tusco Vexatæ duræq; manus. Noctẽ. quã multæ in nimia lasciuia conterunt. Famulasq. nã q̃ regende familiæ p̃est oẽm a muliebris sexu desidiã dimouere oportet si illũ castũ cõtinere cupit. recte ergo Oui. Ocia si tollas periere cupidinis arcus. Penso. a pensando dicitur pensum. Accipiebant enim famulæ lanã certo quoddã pondere ergo quod pensareẽ pensum dicebant. Hinc libraria ea erat quæ reliquis lanam pendebat. Pondere eñ pondus facit. A pendo fit penso Dicimus etiam pensum examen & diligentẽ curam siue cognitionem & consultationẽ: quam in maioribus rebus adhibere cauti consueuerunt: quia si a corporeis ad incorporea translationem faciamus cogitare est ipsas res pendere. & quia prisci pecuniã quæ ænea fuit nõ numerabant: sed pendebant pendere dicebant

Pendo
Pensum
Penso

rẽ ſoluere dicebant. Rpẽdere eſt aliud ꝑ alio pẽdere. Paruos. q ſuo labore aut iduſtria ſibi conſulere per ætatẽ nequeãt: aut q paruuli magis ſunt ſub ꝓtectiõe mĩna q̃ pĩna. Cydppes. ſtrabo ait cydopas ſeptẽ Cyclopes fuiſſe quos gaſterocheiras. i. vẽtrimãos dicit appellatos: q̃m ſua iduſtria & artificio alebant: elyciaq; vocatos fuiſſe. Heſiodus tres fuiſſe ſcribit: Brontẽ: Steropẽ: & Harpem filios cœli & terræ dictos deniq; cyclopes. qa vnicũ rotũdũ in frõte habẽt oculũ. Alii dicũt Neptũni ex Ampbitrite. Iſti primo in creta ferrariam exercuerũt. Iam parte polita. oſtẽditur Vulcani ſtudium perficiendor armorum: qui opus inchoatum relinqui iuſſit: & id opus qđ eſſet omnium maximũ. & eius eſſet dei qui cæteris omnibus diis imperaret.

SER. Rutuli tris ignis. Hoc ẽ æſtatis. Et altis auſtri. Hoc ẽ autũni: quo vẽtor; crebra ſũt flamina: & prudenter his oibus naturã exprimit fulmis: quod neceſſe eſt: vt per nubes & ventos naſcat. Fulgores nunc terificos. quos fulgetras dicũt. Sonitũq; metũq;. per ſonitũ toni trua oſtẽdit: ꝑ metũ fulgetras: & hunc ordinẽ ſic poſuit: vt boibus videt: nã re vera prior colliſio nubiũ: vnde ignis emittit. Nos aũt ideo prius fulgetras videmus quã tonitrua audiamus: quia velocior oculor; q̃ auriũ ſenſus eſt.

Addiderant rutuli tris ignis: & altis auſtri
Fulgores nũc terificos: ſonitumq; metumq;
Miſcebant operi flammiſq; ſequacibus iras:
Parte alia marti currumq; rotaſq; volucres
Inſtabãt: qbus ille viros qbus excitat vrbes:
Aegidaq; borificam turbate palladis arma.
Certatim ſquãmis ſerpentum auroq; polibãt
Cõnexoſq; angues: ipſamq; in pectore diuæ
Gorgona: deſecto vertentẽ lumina collo
Tollite cũcta iquit cœptoſq; auferre labores
Aetnæi cyclopes: & huc aduertite mentem.
Arma acri facienda viro nũc viribus vſus:
Nunc manibus rapidis: oĩ nũc arte magiſtra
Præcipitate moras: nec plura effatus: at illi
Ocius incubuere omnes pariterq; laborem
Sortiti: fluit æs riuis: auriq; metallum.
Vulnificuſq; calybs vaſta fornace liqueſcit.
Ingentem clypeũ informãt vnum: oĩa contra
Tela latinorum: ſeptenoſq; orbibus orbes
Impediunt: alii ventoſis follibus auras
Accipiunt: reddunq;: alii ſtridentia tingunt
Aera lacu: gemit impoſitis ĩcudibus antrum.
Illi inter ſeſe multa vi brachia tollunt
In numer; verſãtq; tenaci forcipe maſſam.
Hæc pater æoliis properat dum lennius oris
Euandrum ex humili tecto lux ſuſcitat alma:
Et matutini volucrum ſub culmine cantus.
Conſurgit ſenior: tunicaq; inducitur artus.

SER. Rutuli tris ignis. Hoc ẽ æſtatis. Et altis auſtri. Hoc ẽ autũni: quo vẽtor; crebra ſũt flamina: & prudenter his oibus naturã exprimit fulmis: quod neceſſe eſt: vt per nubes & ventos naſcat. Fulgores nunc terificos. quos fulgetras dicũt. Sonitũq; metũq;. per ſonitũ toni trua oſtẽdit: ꝑ metũ fulgetras: & hunc ordinẽ ſic poſuit: vt boibus videt: nã re vera prior colliſio nubiũ: vnde ignis emittit. Nos aũt ideo prius fulgetras videmus quã tonitrua audiamus: quia velocior oculor; q̃ auriũ ſenſus eſt.

Sequacibus. perſecutricib⁹. Aegidaq; borriferã. aegis ꝓprie ẽ munimentũ pectoris æreum babẽs in medio Gorgõis caput: qđ munimẽtũ ſi i pectore numinis fuerit ægis vocat: ſi in pectore bois ſicut in antiqs imator; ſtatuis videm⁹: lorica dicit. Turbatæ. ꝑ turbantis Nã timuit omœoteleutõ: & fecit ſupinã ſignificationẽ: Alii ad fabulã referũt: q dr̃ i bello arma perdidiſſe turbata. vt quaſi ipſa nũc reparet: cuius dicti nullus auctor idoneus reperit.

Squãmis ſerpẽtũ auroq; p. ægida borriferã aureis ſquãmis ſerpẽtũ certatim polibãt: Alii volũt re vera de corio ſerpentũ dicere eũ arma eẽ leuigata. Cõnexoſq; an. gorgonis. ſ. capiti

Deſecto vertẽtem l. c. aut ſua lumina circũferentẽ: & mortis idignatiõe querentẽ quor; ſe interitu poſſet veſci: Aut certe intuentẽ lumia in ſaxa vertentẽ. Hoc aũt caput ideo Minerua fingit bre i pectore q̃ illic ẽ ois prudẽtia: quæ cõfundit alios & impitos ac ſaxeos cõprobat: Tollite cũcta inqt. Vile ẽ qđ pleriq; dicũt pp arma Martis iratũ eẽ Vulcanũ: ꝑſertim cũ & armẽt Mineruã: & fabricẽt fulmina cyclopes: & Vulcanus dixerit cõtra tollite. ergo tollite aut differte eſt: aut celerius termiate. Cœptos auſer. l. Quia dixerat His iformatũ mãib⁹ iã ptẽ polita Fulmen. Aetnei cyclopes. Vt Aetneos fŕes. Nũc virib⁹ vſus. Nũc eſt veſtrar; viriũ exercitũ. i. tẽpus exercẽdæ virtutis circa arma viri fortis. Arte magiſtra. ambitioſius q̃ ſi magiſtri diceret rẽ pſonæ in artẽ trãſtulit: vt ſi dicas opus eſt pitia medicinæ: nõ medici. Præcipitate moras. Præcipitanter. i. feſtinãter abiicite. Nec plura effatus. Sicut feſtinantẽ decebat. Ocius incubuere. Quã ille præceperat. Pariter. pari modo. Sortiti. Diuiſerũt iter ſe laboris officium: vt ſortiti remos. Vulnificuſq; calybs. Populũ apud quẽ naſcit ꝑ ferro poſuit: & liqueſcit dixit ꝓprie: Nã ferrum nõ ſoluit: ſed molleſcit. Informãt. deſignãt. Ingentẽ aũt & magnitudine & ſolidĩtate: Nã & clypeum dixit: q magnitudie corpus furat: vñ & clypeus dictus eſt ἀπὸ τοῦ κλύειν: & dicitur⁹ eſt ſeptenoſq; orbibus orbes. Impediũt. i. veluti ſeptẽ ſcuta facta in vnitate cõnectũt. Accipiũt reddũtq;. Iungẽdũ vno eodemq; tẽpore partim reddunt: partim ventos accipiũt. Stridentia tingunt. Tingẽdo ſtridere faciunt

In numerum. in ordinẽ: vt Tũ vero in numerũ faunoſq; feraſq; videre. Ludere. Forcipe. Forfices ſũt quibus incidimus: Forcipes ſunt quibus aliquid foruum tenemus: quaſi foruicapes. Nam foruum eſt calidũ: vñ & formoſos dicimus: qbus calor ſanguinis ruborẽ pulchritudinis creat. Hæc dũ ꝓperat. Properanter facit & eſt boneſta locutio. Aeoli. Nã vt dixim⁹: vulcania vna ẽ de ſeptẽ æoliis. Lẽnius. q in lẽnumum inſulam: vt diximus: cecidit a Iunone propter deformitatem deiectus: qnam aerem conſtat eſſe:

ex quo fulmina procreantur. Ideo autem Vulcanus de femore Iunonis fingitur procreatus: ꝙ fulmia de imo aere nascantur: quod etiam Luc. dicit Fulminibus terræ propior succeditur aer pacem summa tenent

Volucrum sub cul. pōt & generaliter accipi: volucrum quarum vis: & spāliter vt hirundinum.

DO. Tollite. Magnū æneæ meritū ꝙ cuncta supis necessaria tollerent: vt arma illi fierēt. Acri arma viro. Suppressit cuius causa ne nimis vxorius videret. Nec nominat priuignū. q naturali malitia odiosus ee pōt. Illi ocius. iubentis auctoritas oñdit. Flui. de auro & reliquis metallis: quæ ita soluūtur vt currant effusa. Liquescit de ferro quod nō ita soluit. Vnū oia cōtra t. la. Ex psona poetæ: nā Cyclopes nesciebāt cui fabricarēt. Septenis. Quattuordecim circulis sic dypei textura currebat ordinatis omnibus vt se inuicē necterēt. In numeꝝ. Ordinatis vicibus feriēdi & versādi. Quod aūt incudib⁹ in plurali dixit & massā & forcipē in singulari intelligas singulis incudibus singulas massas & forcipes fuisse.

Cõdidit aduerso: & moriẽs aiam abstulit hosti
Tum super exanimem sese proiecit amicum
Confossus: placidaq̄ ibi demũ morte quieuit
Fortunati ambo: siquid mea carmina possunt.
Nulla dies vnq̄ memori vos eximet æuo.
Dum domus æneæ capitoli immobile saxum.
Accolet: imperiũq̄ pater romanus habebit

mano iperio ominari. Est g̃ sensus. i. dū romani qui ab Aenea sunt quoꝝ caput domus ẽ iulia colet capitolīũ. i. Romã: cuiꝰ capitoliũ arx ẽ. Pater. Rex & princeps: cuiꝰ munus ẽ vt suæ fidei deditos veluti filius regat. Pater. Quouiã senatores qui patres appellabant̃ consilio suo cuncta administrabant.

Victores præda rutuli spoliisq; potiti
Volscentẽ exanimẽ flentes in castra ferebant.
Nec minor in castris luctus rhamnete reperto
Exangui: & primis vna tot cæde peremptis
Serrano q; numaq; ingens cõcursus ad ipsa
Corpora: semineces q; viros: tepidaq; recentum
Cæde locũ: & plenos spumanti sanguine riuos.
Agnoscunt spolia inter se: galeamq; nitentẽ
Mesapi. & multo phaleras sudore receptas
Et iam prima nouo spargebat lumine terras
Titboni croceum linquens aurora cubile:
Iam sole infusõ: iam rebus luce retectis
Turnus in arma viros armis circũdatus ipse
Suscitat: æratasq; acies in prælia cogit.
Quisq; suos: variisq; acuunt rumoribus iras
Quin ipsa arrectis visu miserabile in hastis
Præfigunt capita: & multo clamore sequuntur
Euryali: & nisi.
Aeneadæ duri murorum in parte sinistra
Opposuere aciem: nã dextra cingitur amni:
Ingentesq; tenent fossas: & turribus altis.
Stant mœsti simul ora virũ præfixa uidebant
Nota nimis miseris: atroq; fluentia tabo.
Interea pauidam volitans pennata per vrbem
Nuncia phama ruit: matrisq; allabitur aures
Euryali: at subitus miseræ color ossa relinquit.
Excussi manibus radii: reuolutaq; pensa:
Euolat infœlix: & fœmineo ululatu
Scissa comã muros amens: atq; agmina cursu
Prima petit: nõ illa virum: non illa pericli:
Telorũq; memor: cœlũ debinc q̃stibus implet:
Hunc ego te euryale aspicio: tu ne illa senectæ
Sera meæ requies: potuisti linquere solam
Crudelis: nec te sub tanta pericula missum
Affari extremum miseræ data copia matri
Heu terra ignota canibus data præda latinis
Alitibusq; iaces: nec te tua funera mater
Produxi: pressiue oculos: aut vulnera laui
Veste tegens tibi quã noctes festina diesq;
Vrgebam: & tela curas solabat aniles.
Quo sequar: aut q̃ nunc artus auulsaq; mẽbra

SER. Præda rutuli spoliisq; potiti. Nõ solũ suis armis eos exuerit: sed etiã p̃da q̃ rutulis ante fuerat detracta. Serranoq; numaq; Decima antapodosis: q̃ sit quotiens cõmemorant̃ ea quæ nõ sunt ante p̃dicta:

Tepidaq; recentẽ cæde locũ. Hypallage tepidũ locũ recenti cæde. Vñ multi legunt Tepidũq; recẽti cæde locũ. Sic alibi. Tepiduscq cruor fumabat ad aras. Spumãtes sanguine riuos. Spumas tũc habet sanguis cũ effundit̃. nã postea conquiescit: vñ bene dixit Spumantes riuos: qa p̃misit semineces q viros Iã rebus luce retectis: Supra: Et reb⁹ noxa abstulit atra colorẽ. Cogit q̃sq; suos. Comites. s. nã plena ẽ Aeratasq; acies. Acuũt rumorib⁹ iras. Quia duo aut si sunt per eoꝝ castra rrãsire. Euryali & nisi. Volũt nõnulli clamorẽ eẽ militũ. sed melius hoc a poeta dictũ accipim⁹. nã rutuli eorũ nõ nouerit noia: vt sit Quin etiã capita euryali: & nisi p̃figũt i arrectis hastis: & cũ magno clamore comitãt̃ Cingit̃ amni. Amne debuit dicere. nũq; em̃ in i bñ exeũt: nisi q̃ cõis sunt generis vt docil⁹: agilis: sed ideo ausus ẽ ita ponere ablatiuũ: qa vt supra diximus: apud maiores hic & hæc amnis dicebat̃. Tenẽt fossas. Tuent̃: defendunt.

Nota nimis miseris. Hoc plus cõmouebant̃. q̃m etiã abscissi vult⁹ necdũ agnitõis amiserat notas. Excussi ma. ra. Bene excussi q̃si nesciẽti: q̃si diceret, piecti. Fœmineo vlulatu. Impatiẽti. vt Fœmineo p̃de & spolioꝝ ardebat amore. Prĩa petit. Iõq; prima: quia solẽt i extrema necessitate etiã mulieres muros ascendere vt ipe de muris matres. Nõ illa vi. ñ il. pi. Vnũ pudoris est: aliud salutis. Hũc. i. talẽ. Et ẽ cõq̃stio mĩis Euryali pleua artis rhetboricæ. Nam pene oẽs ptes babet de mia cõmouenda a Cicerone i rbetoricis positas. Hũc te aspicio. A q̃litate cædis Sera meæ. Euander mea sola: & sera voluptas. Potuisti linq̃re solã. Ab itercepto solatio. Crudelis. Qui potuisti linq̃re solã cũ pi⁹ esses. Affari ex. Anchises Sic o si positũ affati discedite corpus. Terẽtius. Quin igit̃ dã licet mecũ loquimini Antipho. Nec tua funera mĩ. i. funera Nã apud maiores funereas dicebãt eas ad q̃s fun⁹ ptinet: vt sororẽ: matrẽ: nam p̃fice vt supra dixim⁹: sunt planctus principes nõ doloris. funeras autẽ dicebãt quasi funereas ad quas ptinet funus.

DO: Victores. Irrisorie tã q̃ qui magnũ putarẽt: si trecenti duos viceri: cũ duo tres intermissent. Duri. durãtes i labore. In mĩe aut Eurelia oñdit qd possit dolor: cũ oblita sexus & ætatis tm̃ fureret. Denicq; accusat eorũ quæ & si facta fuissent: nihil tamen p̃desset. Canib⁹ dare præda. Non solũ morte: sed mortis accidẽtibus cruciat̃

CHRI. Armis circũdatus ipe. Oportet em prudentẽ ducẽ nõ verbis solũ sed exemplo sui alios ad arma excitari. Ergo nõ inermis sed armat⁹ vocabat. Nota nimis miseris. Nã iccirco stãt mœsti quia nimis nota. Excussi manib⁹ radiũ. Pathos a luctu sæpe mouet: vt in hoc loco. Pẽnata. Quasi celeri volatu. Nã rerũ ifœliciũ velocissima fama ruit. Hũc. Talẽ. Tu ne illi senecta. Pathos ab eo qđ est pter spem.

Euolat infœlix. Nã potuit furor animi ex dolore excitat⁹ ibecillitatẽ senectutis supare. & fœminæ audaciã afferre. Heu terra. Magna vis eloquẽtiæ: q etiã ex inanib⁹ rebus maxias apud imprudentes tragœdias citat. Hæc em coquerit veluti si miserrimũ sit i ignota terra insepultũ canib⁹ laniandũ relinqui. Vñ & Homerus ἀυτὸυς δεδόριάτευ χἔκυνεσιγοιὠνόισιτετᾶσι. Ad huiusmodi iacturã sapientes qui sunt nihili faciunt. Ergo vt Anchisæ tanto viro dignã sniam dedit dixit em: Facilis iactura sepulchri. Sic nũc mulierẽ a muliebri pturbatione abesse noluit. Ille g veluti alter Diogenes q ad sepulturã ptinẽt cõtẽnit. Hec vel ex eo filiũ infœliciss imũ putat: cp illa caruerit. Lamẽtatio aũt & discursus per muros huius mulietis. de Andromache virũ lugente sumpta est.

SER. Fun⁹ lacerũ: Dilaniatũ cadauer: nã fun⁹ p cadauere posuit. Siq ẽ pietas. Siq pietas in occidendo ẽ: in me pbet. Me primã absumite ferro: Vnusqs em i ppriæ salutis desperatõne credit vniuersa etiã posse cõsumi. Vñ est qđ dixit Me primã ab. Inuisum hoc detrude caput sub tartara telo. Inuisum qdẽ est hoc & odiosum caput: verum misericordiæ gen⁹ ẽ: si me etiã irat⁹ interimas. Qñ aliter nequeo crudelẽ abrũpere vitã. Hinc traxit illũ colorẽ Iuuenal Qđ facin⁹ dignũ tã longo admiserit æuo. Torpẽt ifractæ Antea infractæ: nũc tñ torpent. vt Turnus vt infractos aduerso marte latinos. Lachrymãtis iuli. Puero dat lachrymas cui pt sine pudore: viris fortib⁹ tantũmodo dolorem. Subtecta reponũt. Homerice. Qđ aũt dixit corripiũt nõ iniuriæ ẽ sed celeritatis. i. raptim tollũt. At tuba terribilẽ sonitũ Hemistichiũ Enni. nã sequẽtia iste mutauit

Ille em ad exprimẽdũ tube sonitũ ait. Ta ratantara dixit. & multa hmõi Virgili⁹ cũ aspera inuenerit: mutat. Bñ tñ electis verbis hic imitatẽ sonitũ tubarũ. Increpuit. Et insonuit: & segnitiã increpauit. Volsci Nõ mirũ: quia dicit volscos: cũ & Camilla de Volscis sit: vt Et volsca de gente camilla Nãq ps aliq Tusciæ dat Turno auxilia: cũ Thuscos dixerim⁹ spãliter Aeneæ fauere. Itẽ ecõtra ps Venetiæ auxiliũ pstat Aeneæ quã Turni fuisse supius dixim⁹. Testudine. Testudo ẽ scutor cõnexio curuata in testudinis modũ. Nãq i armor generib⁹ milites sumũt ab aialib⁹ noia: vt aries Salustius i modũ birci militaris. Fossas iplere parãt. Vertit ordinẽ. Nã añ est vt impleat fossa tollant valli: & sic testudine accedatur ad murũ, qq possum⁹ intelligere etiam ad fossas eos venisse facta testudie. Effundere cõtra. Proprie. Tela em nõ iaciũt i subiectos sed fundũt: & dicẽdo omẽ gen⁹ telor ondit telũ vocari oẽ qđ iacit. Assueti longo. Docet i oĩb⁹ vsum plurimũ posse. In festo voluebãt pondere. In festi ponderis. Nec iã sufficiũt. Diu iã non sustinẽt. Armorũq re. teg. Hic ondit armor cõnexionẽ esse testudinẽ. Lucan⁹ de testudine. At postq virt⁹ incerta viror. Perpetuã rupit dfenso milite cratẽ Singula cõtinui cesserẽt ictib⁹ arma. Hetruscã pinũ. Ipe hetruscus Vos o calliope pcor. Syllepsis p numeros Erat em rectum vos o musæ: aut tu callio.

Et funus lacerum tellus habet: hoc mihi de te
Nate refers: quæ sum terraq; mariq; secuta:
Figite me si qua est pietas: in me omnia tela
Coniicite o rutuli me primã absumite ferro
Aut tu magne pater diuũ miserere tuoq;
Inuisum hoc detrude caput sub tartara telo:
Quando aliter nequeo crudelẽ abrũpere vitã
Hoc fletu cõcussi animi: mœstusq; per omnes
It gemitus: torpent infractæ ad prælia vires
Illam incendẽtem luctus: idæus & actor
Ilionei monitu & multũ lachrymantis iuli
Corripiunt: interq; manus sub tecta reponunt
At tuba terribilem sonitũ ꝑcul ære canoro
Increpuit: sequit clamor: cœlumq; remugit.
Accelerant acta pariter testudine volsci
Et fossas implere parãt: aci velere vallum
Querunt pars aditũ: & scalis ascendere muros.
Qua rara est acies: interlucetq; corona
Non tam spissa viris: telor effundere contra
Omne genus teucri: ac duris detrudere contis
Assueti longo muros defendere bello
Saxa quoq; infesto voluebant pondere: siqua
Possent tectã aciẽ ꝑrumpere: cũ tamen omnes
Ferre libet subter densa testudine casus
Nec iã sufficiunt nã qua globus iminet ingens
Immanẽ teucri molem voluuntq; ruuntq;
Quæ strauit rutulos late amorũq; resoluit
Tegmina: nec curant cæco cõtendere marte
Amplius audaces rutuli, sed pellere vallo
Missilibus certant.
Parte alia horrendus visu q̃ssabit hetruscam
Pinum: & fumiferos infert mezentius ignes.
At mesapus equũ domitor neptunia proles
Rescindit vallum: & scalas in menia poscit.

Vos o caliope

Vos o calliope precor aspirate canenti
Quas ibi tum ferro strages quę funera turnus
Ediderit.quem quisq; virum dimiserit orco

pe. Aspirate.fauete. vt Aspirat primo furtu na labori.

DO Effūdere.Plus ē q̄ mittere. ille em̄ effundit cui magna est copia: nec mittendi propter copiam metuit finem. præterea etiā quæ emitti non p̄nt fundimus: & fusa proficiūt vt Trudere contis.nam scalis ad eos perueniebāt.

est aqua calida: Pix feruens & soluta:& oleum candens. Quanto autem rutylorum laudatur instantia tanto præferuntur troiani.

CHRI. Arctus auulsaq; mēbra & fu.l.expoliatio est.Idē em̄ dicit pluribus verbis vt in re atrocissima diutius detineat auditorē.Et sic maiorē citet cōmiserationē. Hoc mihi de te n.r.singula verba vim maximā afferūt cōmiserationē captandā.Hoc.s.tantū luctū cum ego cōtra meæ te senectuti summam voluptatē sperarē. Mihi.& mīi & idulgentissime & quæ tot incōmoda subii vt te sequerer. De te.in quo oēm spē reposuerā:& a quo omnia mihi iocūdissimā expectauerā. Figite me.quātus sit luctus: & quāta misseria hic apparet:qđ loco sūmæ in se pietatis acceptura sit si multis vulneribus trāffossa interficiatur. At tu m.p.qđ a rutulis assequi desperat:a Ioue possit. Torpent infracte.vires quæ omnia durissima in præliis pati poterāt: Hoc pati non poterāt. ergo quos metus nō pturbauit quia fortes essent.pturbauit luctus quoniā essent pii. Illā m.l.sapiēs consiliū vt cū torporem ex nimia consideratione infert militibus: a cōspectu eorum amoueretur. Ne viderāt.nam vt ait Horatius Segnius irritāt quæ sūt demissa per aures:q̄ quæ sunt oculis subiecta fidelib?. At tuba.mira narratio in qua cūcta añ oculos ita adducit vt res non solū agi:sed sūmo animorū ardore geri videat. Incertūq; sit an acrius rutuli ipugnarent:an vehementius troiani repugnarēt. Acta pariter.qa vna cum damore agebat. Interlucetq; corona.appellat corona Interlucare milites in circuitu mœniū ad propugnacula positos:qui vbi loca munitiora sūt ibi ifrequētiores eē solent Laudat ergo & troianos a prudētia: qui in paucitate militū ita acies instituerint & rutulos ab animorum robore q illuc puenire cōtendunt. Interlucēt.q pp raritatē lucē admittāt. Vñ apud Plinium & Columellam iterlucare dictū iuenies cum a vitib? aliquā partē pāpinoꝝ decerpūt vt pp raritatē sol ad vuas facilius penetret. Assueti.nam lōgo vsu q p̄cepta oim magistroꝝ supat rem optime callebant. Voluūtq;.r.nā ppter magnitudinē subuebere nō poterāt. Ruūt.ad ruinā ipellūt. Parte alia. nihil itentatum relinquebāt. Alii em̄ eminus missilibus detrudebāt a custodia valli: Alii eo minus: aut vrere aut vellere parabant.

Vos o calliope.ex iuocatione rei difficultatē oñdit:q̄si dicat non possem tanta Turni facta sine diuino auxilio p̄ferre. Ergo sūmus impator ea fecit quæ sūmus poeta nisi deus sibi faueat explicare non possit.

Et mecum ingentes oras euoluite belli
Et meministis em̄ diuæ:& memorāt potestis.
Turris erat vasto suspectu & pontibus altis
Opportuna loco: summis quā uiribus omēs
Expugnare itali: summāq; euertere opum vi
Certabant:troes contra defendere saxis:
Perq; cauas densi tela intorquere fenestras.
Princeps ardentem coniecit lampada turnus
Et flammam affixit lateri:quę pluríma vento
Corripuit tabulas:& postibus hæsit adesis:
Turbati trepidare intus:frustraq; malorum
Velle fugā:dum se glomerāt: retroq; residunt
In partem quæ peste caret: tum pōdere turris
Procubuit subito:& cœlū tonat oīne fragore
Semineces ad terram immani mole secuta
Confixiq; suis telis.& pectora duro
Transfixi ligno veniunt:vix vnus helenor
Et lycus elapsi:quorum primæuus helenor
Mæonio regi quem serua licinia furtim
Sustulerat:vetitisq; ad troiam miserat armis.
Ense leuis nudo parmaq; in glorius alba.

SER. Oras euoluite belli. Narrate nō tantū initia: sed etiam extrema bellorꝝ Nā oræ sunt extremitates. Turris erat.turres huiusmodi esse admunitionem ciuitatum:& in secūdo legimus.Sed hæ plerūq; nobiles sunt: plerunq; fixæ:vt in secundo: Turres ac tecta domorum Mobiles vt in.xii.meminit: Subiitq; rotas & pōtes strauerat altos. Opportūa loco.s.circa portas. Cauas.patulas. Opum vi.potest & hypallage esse:vt sit ope virium. Densi. pro tela densa. Flammam affixit lateri. affectate. Debuit em̄ dicere affixit: aut facem: aut malleolam nō flammā. Quæ pluria vento.gliscēs aut magna facta perventū. Hæsit adesis.non iā adesis:sed quod exedit adhærēdo. Malorꝝ velle fugam.honestissima ē locutio. Peste:in cēdio:vt Et toto descēdit corpe pestis. Vnus. subaudis & alter:nā nō p̄cedit vnus.Helenor & lycus elapsi.ñ mortis sed turris ruina. Mæonio regi aut propriū patris nomē ē aut cognominē eū filio intelligam?.qa vt supra diximus cū filii vel patris nomē p̄mittit: & aliud tacet cognomines eos intelligimus.Furtim sustulerat.ex stupro educauerat:Hinc ē & dulcia furta. Vetitisq; ad troiā armis. secundū Donatū vetitis fato. sed melius lege militari intelligimus: qua serui a militia prohibeant: vnde in deiotarana purgat hoc Cicero:cū fuisset obiectū iter eqtes quōs Deiotarus miserat Cæsari vnū seruū fuisse. Virgilium aūt nouimus aliq̄ de historia trahere. Seruos sane nūq; militasse cōstat:nisi seruitute deposita excepto Hāniba-

lis tpe: cū post canēse prælīū in tanta necessitate fuit vrbs roma: vt ne liberandorum quidē seruoꝝ daretur facultas. Ense nudo.i.stricto.

Parmaq; inglorius alba.q̄si tyro vt diximus supra: Longe melior lyc⁹. Ergo & Helenor bonus. Inter.i.p. vt hunc inter fluuio tyberinus amœno. Prēdere tecta manu.quia tūc alti nō erāt muri: sed ad impetū tm̄ repellendū: vt etiā Salustius ostēdit. vbi Sertorīū humeris sublatū per muros ascēdisse cōmemorat. Cursu te loq; secutus.nimiā eius oñdit celeritatē: q potuit telū missū cōsequi. Nam hoc dicit cū præmisso telo ad hostē venit. Statius: Et missum cursu cōprendere telū. Reuellit.in verbo vello facit in pticipio vulsus. Qualis vbi aut leporē.pro qualiter. Pedib⁹ iouis armiger vncis. quia dicitur aquila i bello gigāteo Ioui arma ministrasse: qđ tū fingit. nā vt supꝰ diximꝰ reges fuerūt Iuppiter & Saturn⁹ sed dū Iuppiter cū patre Saturno bēret de agris cōtentionē ortū bellū ē: ad qđ egredies Iuppiter aq̄læ vidit augurū: cuius cū vicissetꝰ auspicio: fictū est qđ ei pugnāti tela ministrasset: vñ ēt a felici augurio natū ē: vt aq̄læ militū signa comitentur.

Isque vbi se turni media inter milia vidit
Hinc acies atq; hinc acies astare latinas:
Vt fera quæ densa venantum septa corona
Contra tela furit: seseq; haud nescia morti
Iniicit: & saltu supra venabula fertur.
Haud aliter iuuenis medios moritur⁹ in hostes
Irruit: & qua videt densissima tendit.
At pedibus longe melior lycus iter & hostes
Inter & arma fuga muros tenet: altaq; certat
Prēdere tecta manu: sociūq; attīgere dextras
Quem turnus pariter cursu teloq; secutus
Increpat is victor. nostras ne euadere demēs
Speraſti te posse manus: simul arripit ipsum
Pendētem: & magna muri cum parte reuellit
Qualis vbi aut: leporē aut cādēti corpe cygnū
Sustulit alta petēs pedib⁹ iouis armiger vncis

DONATVS. Subito. Recte. nam si signum dedisset seruari potuissent.

CHRI. Vos calliope aspirate. nō sine ratione vtit plurali in vna musa. nā per calliopē reliquas intelligit & iure: nā si p singulas priores musas singularum speraꝝ singulos intelligunt cantus: & per calliopē illoꝝ vniuersoꝝ concentū iure ipsa Calliope oēs significabit musas. Et mecū m.o. Mecū vt demonstret se quidē laboraturū sed sine eaꝝ auxilio nihil pfecturū Oras. extremitates. q.d. narrare vsq; ad extremū vel boras.i.tempora. Euoluite. Ostendite vestra narratione. Vasto suspectu. vasta altitudine quo sit altus suspectus. Certabāt. quia illa expugnata porta facile effringi poterat Flāmam. Quia percutiēs materia accensa effecit vt flāma apprebēderet. Plurima vēto. Incremētū per vētū nacta. Hæsit. adbæsit nam quanto magis est lignū flāma tāto magis adbæret. Immani mole.i. ipsa turri quæ immanis molis erat. Cōfixi suis telis. quod cadentibus euenire solet. Vt fera. quāuis hactenus inglorius eēt tā ex desperatione audax est effectus. At pedibus. natura em̄ duce id defensaculū adbibemus quo plurimū possumus: ergo iste cui maior aderat velocitas pedibus se credidit. Pendere. ita em̄ humilia erant: vt si ille sese erigeret manus socioꝝ qui proni illas porrigerent apprehendere, posset. Pendentē. a terra iam eleuatū: & manib⁹ sūmitatē muri prēdentē.

SER Quæsitū. q reqrit: nā p̄sens a passiuo nō habuit: & ē hysterō ptērō: nā post raptū requrit. Martius lupus. aut cruētus: aut matri dedicatus. Aggere. ager ē cuiuslibet rei coacernatio: vñ fossæ aut valles possūt repleri. Ingēti. f.m. supra dicti saxi exaggeratio est. Lucetium. solū hoc nomē ē: qđ dictū a Virgilio i nullo alio reperit auctoꝝ. Sane ligua rosca Lucetius ē Iuppiter dict⁹ a luce quā p̄stare boibus dicit. Ipse est nostra lingua diespiter. i. diei pater. Hora. Nāq; diespiter plerūq; purpureū. Cænea turnus. Turnus itin. vt ait Lucilli⁹ bonū schema ē quotiēs sēsus variat iteratiōe verborum. Pro turribus. aut pro defensione turrium: aut sic magnū: vt turres putares. Hasta the millæ. themillas themillæ: vt æneas æneæ. Leuis autē basta p leuiter veniēs vñ & strinxerat dixit. i. paululū vulnerauerat vt tandē etiā magno strixit de corpe turni. Demēs. q scutum quo se tuebat abiecit. Alis. pēnis. Leuo ifixa est. l. m. oñdit vulneris locū: quē antea suppsserat. sic i quarto: Infixū strīdet sub pectore vulnus. Spiramēta a. diffinitio pulmonū. Pictus a. &. f. c. i. ferrugo coloris genus ē qui vicin⁹ est

Quæsitum aut matri multis balatibus agnū.
Martius a stabulis rapuit lup⁹: vndiq; clamor
Tollitur: inuadunt: & fossas aggere cōplent
Ardentes thædas alii ad fastigia iactant
Ilioneus saxo: atq; ingenti fragmine montis
Lucetium portæ subeuntē: igneſq; ferentem:
Emathiona liger: chorineum sternit asilas.
Hic iaculo bonus: hic longe fallente sagitta
Ortygium cæneus: victorem cenea turnus:
Turnus itin: cloniūq;: dioxippū: promulūq;
Et sagarim: & sūmis stantē p turribus idam:
Priuernū capis: hūc prīo leuis basta themillæ
Strinxerat: ille manū proiecto tegmīe demēs
Ad vulnus tulit ergo alis allapsa sagitta:
Et leuo infixa est lateri manus: abditaq; ītus
Spiramenta animæ letali vulnere rupit:
Stabat in egregiis arcentis filius armis

Pictus acu

Pictus acu chlamydē: & ferrugīe clarus ibera
Insignis facie: genitor quem miserat arcens
Eductum martis luco: symethia circum
Flumina: pinguis vbi & placabilis ara palici.
Stridentem fundam positis mezentius armis
Ipse ter adducta circum caput egit habena:
Et media aduersi liquefacto tēpora plumbo
Diffidit: ac multa porrectum extēdit harena.
Tunc primū bello celerem intēdisse sagittam
Dicitur ante feras solitus terrere fugaces
Ascanius: fortemq; manu fudisse numanum
Cui remulus cognomen erat: turnicq; minorē
Germanam nuper thalamo sociatus habebat
Is primam ante aciē digna atq; indigna relatu
Vociferās: tumidusq; nouo præcordia regno
Ibat: & ingentem sese clamore ferebat.
Non pudet obsidione iterum vallo q; teneri

purpuræ subnigræ. & ibera āt nō hispana sed pōtica. Nā iberia ps pōti ē: vt oñdit Hora: dicens Herbasq; q̄s colchos atq; ibera mittit venenor ferax. Genitor q.m.a. ordo est: Stabat arcētis filius. Arcēs in armis egreg. nā nō cōgruit vt hui? filii p̄termisso nomie bis fiat p̄is comemoratio. Symethia c.f. symethus fluui? est Siciliæ: haud longe ab vrbe catinensi: circa quē sūt palicidei: quor talis ē fabula: Aetnam nymphā iuppiter cū vitiasset. & fecisset grauidam timēs Junonē sedm alios ipsā puellā terræ cōmendauit: & illic enixa ē. Sedm alios partus eius postea cū de terra erupuisset: duo pueri palici dicti sūt q̄si iterq; veniētes: nā πάλιν ē rursus: ἥκειν ē venire. bi prio hūanis hostis placabāt: postea q̄busdā sacris mitigati sūt: & eor imutata sacrificia. iō ergo placabilis ara. q̄a mitigata sūt eor numina. Liq̄facto t.p. diffidit. Plumbū em̄ iactū nimio rotatu ex æteris calore dissoluit. Statius: Et arsuras cœli p inania glādes. Porrectū extendit barena. itelligimus eū cecidisse trās murū. Dicēdo āt multa oñdit copis p̄ceritatē. Minorē germanā. q̄a maior nympha fuerat Iouis volūtate mutata. Digna atq; indigna relatu idigna. i. turpia & obscœna. Nouo regno. aut noui regii gñis

affinitate: aut q̄a etiā ipsi per regis filiā portio debebat̄ iperii. Ingētem sese damore ferebat. nō erat ingēs sed esse se clamitabat ingentem. Iterq. denuo iam tercio obsidentē: & iterq; non nisi de duobus dicimus.

DO Dicitur fortem manu fudisse numanum. Poeta quoniam impossibile videbatur pueri manibus cecidisse robustissimum virum non se facit auctorem.

CHRI. Placabilis ara palici. Vide Seruiū. sed Macrobius ait. Nullū apud latios duos palicos posuisse: sed a græcis Maronē babuisse. Symethus: siciliæ fluuius ē. Palicor fabulas prim? Aeschylus i tragœdia ætna posuit. Iuxta symethū Thalia nympha a Ioue cōpressa metu Junōis: vt sibi terra debisceret: optauit: sed vbi venit pariēdi tps terra reclusa ē: & duo ifantes de vtero Thaliæ p̄gressi emerserunt appellati que sūt palici ab emergēdo q̄si rursus nascētes: q̄m prius in terrā mersi ide reuersi sunt. nec lōge lacus duo breues: sed p̄fundi scaturigie aquar ebulliēte crateres ab icolis noiati: & noie dellos appellant: palicorūq; fratres existimāt & bēnē in cultu maxio p̄cipue circa exigēdū iuxta eos iusiurādū efficax numē itelligitur ergo iuxta eos iusiurādū exigit̄: & prius a suspecto fideiussore datur de dissoluendo Quod si ille fideliter iuraret: discedebat illesus. Sin cōtra i lacu vitā amittebat. Hæc res ita frater religionē cōmendabat: vt implacabiles crateres dicerēt̄. Sed palici etiā diuinationē habebāt. Nā cū Sicilia sterilis ānus arefecit diuino palicor rnso admoniti siculi heroi cuidā certū sacrificiū celebrauerūt & rediit vbertas. Qua gīa singuli omne genus frugū cōgesserūt in arā palicor: ex q̄ vbertate ara ipa piguis vocata est. De palicis et Callias i septio historiar meminit: & Anaxagoras in tercia historia. in libro. xi. Diodori legit̄. C. Nautio Rutilio. L: Minutia Carutiāo cōsulibus Ducetius siculor dux iuxta palicor tēplū vrbē cōdidit Palicas appellauit Templū in plāitie ædificatū ē porticibus & sūptib? ædificior cōspicuū: miraculis & vetusta religioe borrēdum iuxta sūt scaturigies aquar Crateras vocāt q sūt p̄fūdissimi igneas scitillas sæpe euomētes. Illud mirū q̄ aq̄ebulliētes nūq̄ se effūdūt: nunq̄ ēt subsistūt. In tēplo ē iusiurādi trutia: & q illic peierāt stati ceci efficiunt̄ Hic Syllius italicus. & q p̄sentes domitāt p iura palici. Illuc fugiētes sp tuti. erāt. Is primā a. oñdit neminē fœlicitate sua fretum superbire oportere.

Palici

Bis capti phryges & morti p̄tendere muros.
En qui nostra sibi bello connubia poscunt
Quis deus italiam: quæ vos dementia adegit
Non hic atride: nec fandi fictor vlixes
Durū a stirpe genus natos ad flumina primū
Deferimus: sæuoq; gelu duramus & vndis:
Venatu inuigilant pueri: siluasq; fatigant.
Flectere ludus equos: & spicula tēdere cornu
At patiens operum: paruoq; assueta iuuētus

SER. Bis capti phryges. Semel ab hercule: post a græcis. Morti p̄tēdere muros: emphasis ē morti em̄ p bello posuit. sic sup Læti discrimie paruo. Nostra conubia. aut q̄si Turni cognatus loquit̄: aut iuidiose retorquet: & vult cām oīm ee cōmunē. Nō hic atridæ. exaggeratio vituperatiois. nā nō tm̄ se troianis: sed et eor victoribus præfert. Fandi victor vlixes. aut fallax au logo dædalus. i. q dolum celat sermonis ornatu. Durum a stirpe genus. italicæ disciplinæ vita laudat̄ quā & Cato i originib? & Varro in gēte populi romāi commemorat. Gelu duramus & vndis. vndis gelidis & ē en

dyadis: vt Hamis auroq; trilicem Nam nemo quod plus est prius dicit. Si em̄ duo eēnt ante aquam diceret sic gelu. Venatu. p venatui: & curru pro curruí. Siluasq; fatigāt. ipsi fatigantur in siluis aut p feris siluas posuit: in quibus sunt ferae. Flectere ludus equos. alioq; labor nostrae puerítiae lud? ē. At patiēs operq; paruo q̄ assueta iuuētus hoc & i georgicis laudat. nā magnae virtutis ē & in nimio labore paruis eē cōtetū. Terrā domat. bñ bellico vsus ē verbo & ne a militari lege discederet: nō dixit terras: colim?: sed domam?. ac si diceret cū hostes desunt: terras ferro domamus. Iuuencū terga fatigamus hasta. agriculturam sine officio belli no gerim? ē āt κακοσυν θετον & ομοιότελευτόν. Senect? debilitat vires ani. bñ aī qa nō ē ausus corpis dicere. nec em̄ pōt fieri vt q̄uis robust? senex vires bēat prioris ætatis & suae cōparē adolescētiae: Nūc ergo licet dicat fortes ēt senes eē. bōa tñ vsus ē cōpatiōe: vt diceret nihil aioq; vigori derogare tēporis vetustatē. Vobis picta croco. vituperatio troiānū: in qua vtīt argumētis: quae i rethoricis cōmemorat: Cic. a gēte: ab habitu: a gestu. ab aio Fulgēti muri. purpura. Hāc aūt vitio & dedecori apud maiores fuisse cōstat. Iuuenal'. Peregrina ignotaq; nobis Ad scelus atq; nefas quaecunq; est purpura ducit. Desidiae cordi. vobis sunt. Choreis. seruauit hoc loco naturā syllabae. i. quā in sexto metri causa corripuit: vt Pars pedibus plaudunt choreas & carmina dicūt. Et tunicae manicas. tunicae vestrae habent manicas: q̄d etiā Varro vitupat dicens: Manicatis & talatibus tunicis. nā colobiis vtebant̄ antiqui. Et habent redimicula mitrae illud dicturus fuerat habetis in pileis redimicula: q̄d cōuertit in vitupationē maiorē dicēs religatas habetis mitras nā pilea virorq; sunt: mitrae fœminaeq;: q̄s calaticas dicunt. Mitra autē ppriē lydoq; fuit: vt mœnia mentum mitra quē habitum imitati sunt troiani. O veræ phrygiae. ipsos vituperat phrygas: sed nunc ad maiorē iniuriā phrygias nō phrygas dicit. Alta dindyma. mōtes matris deum. Biforē dat tibi cantum. bisonū iparem. & seruauit eis tibiarū suarū naturā. Tibiae aut serranae dicunt̄ quae sunt pares & æquales habent cauernas aut phrygiae quae impares sunt & inequales habent cauernas. Ergo biforem dissonū dissimilē: nō em̄ sunt pari modulatione cōpositae. Vt em̄ ait Varro tibia phrygia dextra vnū habet foramē: sinistra duo: quorum vnū acutū sonū habet: alteq; graue. Buxusq; vocat berecyntia. a monte berecynto. Dicit aūt bæc buxus & hoc buxū: vt Torno rasile buxū: vnde superfluo quidā arborē generis. F. volunt: cū hoc loco etiam de ligno fœmini habeamus exēplum. Et cedite ferro. aut ferrum relinquite: & est iteratio. Aut cedite ferro. i. cum viri non sitis: abscindite partē virorum. Iactantē. de suorum gloria. Dira canētem. ad iniuriam troianoq;. Ante iouē supplex per vota precatus. Atq; Apollinem debuit inuocare iaculaturus sagittas sed dicimus ideo iouem inuocatum: quia omne initium ioui debetur: vt ab ioue principium: musae: Vnde Ascanius nunc quid faciat cogitat: sed quid primum: inde inuocat iouem.

DO. Phryges. p cōuitio posuit. q. d. iō capti qa phryges. En. vituperantis demōstratio. Qui. s. mēdici & exules. Nra: q̄si melioq; & fortioq;. Bello cum sciāt in simili cā se victos. Nō bica. Inuictis fortiores iis q tñ vos vicerūt. Durae. forte. A stirpe. nō arte sed natura. Flectere ludus equos. nō em̄ inertib? ludis itēti sūt. Tarda. q̄ faciat boies tardos. Precatus. qa primordia erāt belli recte iouem precatus est.

CHRI. Non pudet obsidiōe. indiciū iertiae ac stultitiae ē arrogās iactatio. Quod nūc poeta in Numano oēdit. Ergo vt ē apud Teren. Preciū ob stultitiā tulit. En qui nostra. sūmopere indignandū q̄ imbecilles audeant lacessere viros fortissimos. Quis deus. Tam iratus vobis. Italiam. in qua perituri sitis

Dementia. est enim extremae dementiae vt imbecilles fortes petāt. Non bicat. nō vobis cum graecis nunc agendum est: qui minus q̄ nos bello possunt: & tamen vos superarunt. Durū a stirpe g. laudat ita los ab his quae sunt attributa personae: quae Cicero. xi. ponit & primo a genere. Natos ad. argumētū a victu: In quo est: Quaerit̄ in quo negocio aut quæstu ait artificio versent̄: & quo more viuāt: & quos habeāt præceptores. Versant̄ ergo in venatu in agricultura & in bello: educant̄ apud eoq; senes in rebus durissimis. Ludus. quasi cum voluptate faciāt quae aliis laborioſa vident̄. Aut rastro. erat em̄ maximo precio agricultura. Vnde teste Catōe magnifice laudatū ciuē romanū putabāt si illū bonum colonum appellassent. Laudat autem italos a tribus artificiis quae nullo vitio inquinata sint: & animum corpusq; corroborent: Nam disciplina militaris agraria ac venatoria: oēm desidiam pellunt: delitias nullas nouerunt: & animū simul ac corpus validum cōseruāt. Quod aūt dicit cōuectare p̄das & viuere rapto ad venationē accipiens bella nō ad crudelitatem retulit poeta. Vobis picta croco. Vituperatio a cōtrariis. exprobat mollitiem educationis &

Aut rastris terrā domat: aut q̄tit oppida bellō
Omne æuum ferro teritur: versaq; iuuencum
Terga fatigamus hasta: nec tarda senectus
Debilitat vires animi: mutatq; vigorem
Canitiē galea premimus: semperq; recentes
Conuectare iuuat prædas: & viuere rapto
Vobis picta crocos & fulgenti murice vestis.
Desidiae cordi iuuat indulgere choreis
Et tunicae manicas: & habēt redimicla mitrae
O vere phrygiae (neq; em̄ phryges) ite p alta
Dindyma: vbi assuetis biforē da tibia cātum:
Tympana vos buxusq; vocat berecytia mātris
Ideae. sinite arma viris: & cedite ferro.
Talia iactantem dictis: ac dira canentem
Nō tulit ascanius: neruoq; obuersus equino
Contendit telum: diuersaq; brachia ducens
Cōstitit ante ioue supplex per vota precatus.

educationis & habit⁹:& p venatu & agricultura & bello vitā desidiosā.ac voluptuosā & delitiis muliebribus deditā eē illis obiicit. Et tunicæ manicas.vituperatio ab habitu q tunicas qs expeditas habere oportebat illi manicis ipediret vt vix manib⁹ vti possent. Dindyma.puto būc montē vocatū eē a Dindyma q fuit vxor Meonis Phrygiæ & Lidiæ regis:ex quo illā natā eē dicūt. Addūt etiā:Meonē cū eam nutrire nolet in Cybelo mōte exposuisse ī quo a pardis illa nutrita sit.Deinde a muliere pastore inuenta educata ē:& Cybele appellata.q adulta forma modestia ac sapia vehemēter excelluit.Nā ex plurimis calamis fistulā prima cōposuit.Itē cymbala & tympana ad choreas inuenit & cōtra pecudū puerorūq mor bos remedia excogitauit.Ait Diodorus. Biforē.tibia phrygia in dextra vnū:in sinistra duo foramina habet.Huic deæ aut mulieres aut emasculati viri qui galli dicebant:sacrificabant. Dindyma Cybele Tibia

Iuppiter oīpotens audicibus annue cœptis.
Ipse tibi ad tua templa ferā solennia dona:
Et statuā ante aras aurata fronte iuuencū:
Candentē pariterq caput cū matre ferentem
Iā cornu petat:& pedibus q spargat harenā
Audiit & cœli genitor de parte serena
Intonuit læuum:sonat vna letifer arcus
Effugit horredū stridens elapsa sagitta:
Percq caput remuli venit:& caua tpa ferro
Traiicit:in verbis virtutē illud e superbis.
Bis capti phryges hæc rutulis mīsa remittunt
Hoc tantū ascanius.teucri clamore sequunt².
Læticiaq fremūt:aīosq ad sydera tollunt.
Aetherea cum forte plaga crinitus apollo
Desuper ausonias acies:vrbemq videbat
Nube sedens:atq bis victorem affat² iulum.
Macte noua virtute puer sic itur ad astra
Diis genite & geniture deos:iure oīa bella
Gente sub assaraci fato ventura residunt:
Nec te troia capit:simul hæc affatus ab alto
Aethere se mittit spirantes dimouet auras.
Ascaniumq petiit:forma tum vertit² oris
Antiquū in buten.hic dardanio anchisæ
Armiger ante fuit:fiduscq ad limina custos:
Tū comitē ascanio pater addidit:ibat apollo
Omnia longæuo similis: vocēq coloremq:
Et crines albos & sæua sonoribus arma.
Atq bis ardentem dictis affatur iulum
Sit satis æneide:telis impune numanum

SER. Iuppiter oīpotēs.hoc epitheton interdū ad numinis gloriā ponit: interdum ad cām dicētis. Nāq hoc loco dicēdo oīpotens oīndit eū etiā iis q p se min⁹ valēt pstare posse virtutē. Ferā solēnia.ferā de iuueco n dicim⁹ sed aducā.Intelligim⁹ ergo eū alia dona ferre pmisisse.Singul'em numinib⁹ certa sūt dona: q offerūt. Vnē Struerēq suis altaria donis.i. cōgruis. Et statuā añ aras.aptā se datur⁹ ostē dit victimā.Alibi:& ductus cornu stabit sacer hirc⁹ ad arā. Quotiēs em victima reluctabat: oīndebat se improbari.Luca.Discussa fugit ab ara Taur⁹.Iuuēcū aūt fm romanas cerimonias dixit Ioui em de tauro n īmolabat vt in tercio dixim⁹.nisi cū triūphi noie suo vl'tauro fiebat.qđ tn iō admissū ē:qa n tm ioui sz alīs diis q bello pfunt sacrificabat. Aurata fronte.Ita em victima ornari consueuerat. Candentē.i. cādidū.Iuue.Duci capitolia magnū Cretatūq bouē. Caput cū matre ferente.æqlē matri: nondū prīs.Iuue.Quē iā pudet vbera matris ducere q vexat nascēti robora cornu. De pte serena.vt nō causæ natural'sit sed augurii Intonuit leuū:psperū. Vt em etiā sup diximus. Quæ sinistra nobis vident intuētib⁹ cœlū:illic dextra sunt:nō q sinistra bona sint. sed q dextra cœli nobis sinistra sunt. Sonat vna lætifer arcus.simulatq augurium. Et fugit.melius effugit legit. Percq ca.re.ve.figmeta hec vulnerū nō sine rōe ponūt poetæ. Nā mō būc iō in capite dicit eē pcussum:qa eū supra vaniloquū & supbum introduxerat:qđ vitio capitis euenit.Hora.Attollēs vacuū plus nimio gl'ia vertice.Sic Home.Thersitē a tergo vulnerātū dicit μετάφρενά τε πλήξεν vsq ad pcordia:qa eū stultū induxerat.Itē de Achille dicit ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς Virtutē i.illudo tibi dicim⁹:& insulto tibi.Nam illudo te figuratū ē:vt hoc loco.Itē insulto te.Sallu.Multos a pueritia bonos insultauerat. Hoc tātū ascanius.Et dixit & fecit. Animosq ad sydera tollunt.aut suos:aut Ascanii per fauorem.

Nube sedēs.Sicut solent numina.Iuno nec tu me aeria solā nunc sede videres digna indigna pati. Macte.Magis auctæ affectatæ gloriæ.Et ē sermo tractus a sacris.Quotiens em aut tbus aut vinū sup victimā fundebat:dicebāt mactus est taurus vino vel tbure.hoc est cumulata est hostia & magis aucta. Noua virtute.Aut magna:vt Pollio & ipse facit noua carmina.Aut re vera noua quantū ad bellū. Diis.genite. Propter Venerē. Geniture deos.pp̄ter Iulium Cæsarē & Augustū. Iure.Merito. Gente sub assaraci. Sub gente romana. Assaracus em pater est Capyos auus anchisæ. Fato ventura.Magna. Hæc em bella sunt grauia: quæ fatali rōne proueniunt:vt troiana & thebana. Nec te troia capit.Maioris meriti es cs ciuitas in q nūc es.Lucanus de Cæsare.Plus patria potuisse sua. Spirantes. Vitales quibus spiram⁹ & viuimus. Petit.Notandum petit sine insidiis dictum. Fiduscq ad limina custos.ædituus fuit: quod supra diximus

ingenti honore apud maiores fuit. illic em& epulabanť: & deos colebāt. Census etiā ois illic fuabať qđ & Plautꝰ docet i Asinaria: in q̄ inducit Saureā seruū atriēsem i tota familia plurimū posse. Seua sonoribus arma strepitu terribilia. Ardentē. desiderio dimicādi. Vñ aios ad sydera tollunt. melioꝰ ascanii intelligimus. sic Sta. de Mopsopeto. Et laudibus iplet honestis. Aeneide. patronymicon hoc nō venit ab eo qđ est hic æneas nā hic æneades & o æneade faceret sed ab eo qđ est æneus: vt theseus theside.

DO. Leuum. Quod prosperū est. qđ prestantibus leuum est idē accipientibus est dextrū. In bueꝰ nā ætate & longa exercitatione dignus erat cuius consilium multi facerent.

CHRI. Nō tulit. Neq̄ em̄ pt animꝰ generosus ea q̄ i patrie suæq̄ gētis dicūť æq̄ aio ferre. Ergo iusta indignatōe motꝰ: optimū eųētū sortitꝰ e optimoq̄ ausp̄icio rē bellicā ichoauit. Iuppiter. optie istitutus adolescēs cūcta i diuio reponit auxilio: Audacibꝰ. qa sup̄ meā ætatē sunt. Caua tpa. diuino em̄ fauore factū ē vt eā ptē vulnerareť q̄ facile vita eripi posset. In verbis. v. i. s. refert hæc cōtra supbiā bostis: & tm nō excedit modū i iurgio vt ille fecerat. Victorē affaťp miraculo dictū ē i tenera ætate. Et simul vaticinii deus illū eiusq̄ posteros oia victuros Macte noua. mactare magis augere ē vt iā diximꝰ. Quapropť cū adolescētē laudamꝰ de ea re q̄ sup̄ illoꝝ ætatē ē iure dicimꝰ Macte puer. i. magis aucte virtute q̄ p ætatē liceat. Qđ vero fingat Apollinē laudasse Ascaniū: nō ē ab re si deꝰ cui dať palma i sagittādo i eo de artificio puerū laudat. Illa em̄ vera laus ē q̄ venit ab eo q i ea re valet q̄ laudať. Hic Hector neuianꝰ a viro laudato laudari cupit. Recte deide cōuertit i butē: q deꝰ p̄ditus ē sapia: vt oñdať nō sine sapia Butē illū a filio amouisse. Absente em̄ ænea nihil tale tētandū a puero erat.

Mactus

SER. Primā hāc tibi magnꝰ apollo. Dicē do hāc pollicet & aliā. Cōcedere āt ei se dixit ideo. qa sagittaꝝ deꝰ ē. & licet eū iuppiter iuuerit. Apollo tn sibi suū officiū vindicat: qđ dicit se cōcessisse: qa nō phibuit. ea em̄ q̄ ab aliis numinibꝰ poscimꝰ: tūc ipleť: si nō aduersent numina. quoꝝ ppria sūt q̄ poscimꝰ Vñ & in q̄rto Juno ait. Adero & tua si mihi certa voluntas. Hoc ē qđ in me ē. Iungā eos. restat vt & tuū ipleri velis officiū. Paribꝰ nō inuidet armis. pati gloriæ. Nā vt apollo puer occiso Phitōe vltus ē vt matris iniuriā: sic Ascaniꝰ occiso Numano troianoꝝ castra iniuriasq̄ defendit. Paribus ergo armis. i. similibꝰ: nō peritia: sed genere victoriæ. Cætera. deinceps: & aduerbium Orsus. mō locutꝰ: alias cœpit: qđ magis ē p priū: vt Sic venꝰ. & veneris cōtra sic filiꝰ orsus Medio sermone. ideo medio quia nō rndit Ascanius. Fuga. absessu. Pharetrāq̄ fuga sensere sonantē. qa dixit sup̄. Et sæua sonoribꝰ arma. Dictis. pp auditā orōnem. Numine. ppter agnitū deū. Intendūt acres arcus: pro ipsi acres. Vt em̄ & i prio diximꝰ. Arcū vnusquisq̄ habet p viribꝰ suis. Amētaq̄ torquēt p tela amētis torquēt. nā amentū ē lorū: quo media religať & iaciť basta. Flictu. pro afflictu. i. ictu: nā detraxit more suo præpositionē. Pluuialibus hædis super tauri cornua est signum cui auriga nomē est. Hūc tauro vna data stella coniungit. Retinet aūt auriga stellas duas in manu q̄ hædi vocanť: quoꝝ & ortus & occasus & tēpestates ḡuissimas facit oriñē autem cum scorpio mense octobri. Iuppiter aer. Horatius Manet sub ioue frigido venator Mōtibꝰ æquos. ideo vel eiꝰ arboribꝰ exequādos. Ducis imperio cōmissa. aut q̄ eius commissa fuerat iperio abeūtis Aeneæ aut qđ melius est quæ Aeneæ imperio fuerat commissa Pandaro & Bitiæ: ne contrariū sit quod dixit Rectores iuuenū & rerū dedit eē magistros.

Ducis imperio cōmissa. scimꝰ q Mnestheo & aliis ducibus imperat Aeneas ad petenda p̄sidia cōtra auxilia ne portas aperiret: vt Castro

Oppetiisse tuis: primā hāc tibi magnꝰ apollo
Concedit laudē: & paribus nō inuidet armis
Cætera parce puer bello: sic orsus apollo
Mortalis medio aspectus sermone reliquit:
Et ꝓcul in tenuē ex oculis euanuit auram
Agnouere deū proceres diuinaq̄ tela
Dardanidæ: pharetrāq̄ fuga sensere sonantē.
Ergo auidū pugnæ dictis ac numine phœbi
Ascaniū p̄hibent: ipsi in certamina rursus
Succedunt: aiasq̄ in aperta picula mittunt
It clamor totis per ꝓpugnacula muris.
Intendūt aeres arcus: armentaq̄ torquent
Sternit̄ omne solū talis: tum scuta cauæq̄
Dant sonitū galeæ flictu: pugna aspera surgit
Quātus ab occasu veniēs pluuialibus hædis
Verberat iber humū: quā mlta grādine nimbi
Invada p̄cipitāt: cū iuppiter horridus austris
Torq̄t aq̄sā byemē: & cœlo caua nubila rūpit
Pandarus & bitias ideo alcanore creti
Quos iouis eduxit luco siluestris hiera
Abietibus iuuenes p̄ris: & mōtibus æquos
Portā q̄ ducis imperio cōmissa reclusdunt
Fretí armis: vltroq̄ inuitāt mœnibus hostē:
Ipsi intus dextra ac læua ꝓ turribus astant
Armati ferro & cristis capita alta coruscí
Quales aeriæ liquētia flumina circum
Siue padi ripis athesim se vt ꝓpter amœnū
Cōsurgunt gemine quercus: intonsaq̄ cœlo
Attollunt capita. & sublimi vertice nutant.
Irrūpunt aditus rutuli vt videre patentes

Modo &

modo & tuta seruarẽt aggere mũros. Itẽ legimus Mnesthea & Serestũ ductores fuisse & reg̃ magistros nõ pandarũ & Bitiã. Vnde apparet q̃ hũc locũ male intellexit Donatus dicẽs cõmissam portã. i. creditã pandaro & Bitiæ q̃ duces nõ erãt. Cornutus vero melius sensit dicẽs: Portã: q̃ ducis impio cõmissa fuerat: hoc ẽ clausa: eã aperuerũt. Cõmissura em̃ dr̃ tabularũ cõiunctio: sicut Cice. in fundaniana meminit. Ergo melius ẽ vt cõmissã clausam dicam⁹: q̃s creditã Pãdaro &: bitiæ. Pro turrib⁹. aut vice turriũ: aut pro defensione. Armati fer. aut bene iustructi armis: aut vt Asp dicit: Ferrea corda habẽtes. i. dura & cruento comitãtes: vt Enniũ sit secutus: q ait succinti corda machæris. Liquetia flumia: iuxta Padũ & Athesim Venetiæ flumina etiã ẽ fluuius Liquetius: quẽ nũc cõmemorat ergo liquetia ꝓpriũ ẽ nomẽ: nõ epitheton: ne incipiam⁹a generalitate ad spẽm reuerti: qd̃ vicios̃um ẽ: vt si dicas circa flumina nascunt̃ arbores. & sic iferas circa Tyberim vel Anienẽ: sufficit dixisse circa flumina generaliter. Vñ apparet quia liquetia legendũ ẽ nõ liquetia. Intonsaq̃ cœlo attollũtq̃ capita hoc ad sup̃ dictas cristas refert̃. Geminæ q̃rcus. nõ quia duæ tm̃ nascunt̃. sed istor̃ similitudinẽ aspexit. i. qñ similes eleuant̃ quercus.

DO. Aeneide. Ab eo quod est in nominatiuo casu æneida. appollo mortalis id est constitutus sub hominis forma. Pro turribus. Vice turrium.

CHRI. Sit satis. Cũ admiratõe dictũ. q. d. qd̃ maximũ ẽ & cũ põdere legẽdũ: Humanũ q̃si tm̃ virũ: Tuis: q̃si tã puerilib⁹: ergo satis oportet eẽ ab adolescẽte tyrone fortissimũ virũ cæsum. Magn⁹. nã qd maius q̃rendũ ẽ: si magn⁹ deus te sibi æq̃ri patit̃. neq̃ accõmodatiore orõne poterat cupidissimis laudis adolescẽs a victoria remoueri: q̃s eũ admonere: & rẽ magnã fecisse: & ne nimis efferet̃ id bñficio dei assecutũ eẽ. In apta p. i. maifesta. Nec tñ temeritas erat: sed vera fortitudo: qa vnicũ illud remediũ erat pidi tanti pñiæ. Pluuialib⁹ bedis. De bis syderib⁹ dictũ ẽ i georgicis: Aptissimaq̃ cõparatio ẽ: & quæ rẽ ante oculos ponat. Portãq̃ ducis. Nõ multũ dissimil' locus ẽ illi qui ẽ apud Homerũ vbi græci polipœtes & leonteus stãt imobiles ꝓ portis Asim venientẽq̃ expectãtes q̃uis isti vltro aperiãt portas. Nec minus placet hic Maro q̃s illic Homer⁹. Oñdit ãt i hoc loco robur sine prudẽtia parũ valere. Oñdit etiã semp sapientiori obtẽperãdũ eẽ. Recte em̃ ꝓceperat ne portæ absentæ se aperirent̃. At Pandarus & Butias dum freti suis viribus sapientis consiliũ negligunt seipsos pdiderunt: & summã reip. in piculum adduxerunt.

SER. Pulcher eqcolus armis. pulcher vestib⁹ sicut pulcher armis. hoc est p arma qd̃ erat armor̃ re tulit ad psoñ. Præceptis ai. figurate gtio iũxit. nã dicim⁹ pceps furore. Agminib⁹ t. deest ab & significat eos prio fugatos eẽ mox occisos. Aut certe alios fugatos aliquos iterẽptos. Ais discordib⁹. Hostilib⁹. s. troianor̃: qa a rutil' discordabãt Fratresq̃. s. quos sup̃ dixi portã tenere. Se prim⁹ agebat. Se agebat: hoc est icedebat: vt sese paliurus agebat. Tract⁹ aũt ẽ fmo a rõne physica. nã agit̃ corpus ai iudicio: vt Ter. Quo te agis. Sarpedonis alti. i. nobilis. Itala cornus. Telũ de itala cornu factum. Stomacho. fmo græcus ẽ.

Specus vulneris. Poetica exaggeratio.

Erimãta manu. i. gladio comin⁹ ferit nã illi de qbus supius dixit nõ manu occisi sũt sed misso iaculo. Ergo ad differẽtiã teli iacti accipe manu. i. gladio. Ardentẽ oculis aisq̃ frementẽ. & gestu corpis & mentẽ cõmotũ. Vitã dedisset. ꝓ reddidisset. Phalarica venit. de hoc telo legit̃ quia ẽ ingẽs torno factũ hñs ferrũ cubitale & rotũditatẽ de plũbo i modũ sphæræ i ipsa summitate. dr̃ etiã ignẽ hẽ affixũ hoc aũt telo pugnat̃ de turrib⁹ q̃s phalas dici manifestũ ẽ. Iuue. Cõsulit ante phalas delphinorũq̃ colũnas. ergo a phalis dicta ẽ phalarica: sicut a muro muralis. Sane phalaricã Luca. dixit neruis mitti tortilib⁹ & quadã machina: vt Vibrata phalarica neruis obruat. Virgi. vero ait Turnũ manu iaculari potuisses vñ apparet aut a Luca. ad auxesim illius qui occidẽdus fuerat: eẽ dictũ: Aut a Virgi. ad laudem Turni qui talẽ hastã manu iaculat⁹ est.

Fulmis acta mõ. Amat tela cũ ipetu venientia fulminibus cõparare. Taurea terga. Vsurpauit ꝓ taurina. Alibi Taurinis follibus: Vñ sicut & Pluuiæ dicit deriuationes firmas nõ hñt regulas sed exeũt ꝓut aucto

Continuo quercens & pulcher eqcolus armis.
Et ꝓceps animi tinarus: & mauortius hæmon
Agminibus totis aut versi terga dedere:
Aut ipso portæ posuere in limine vitam.
Tũ magis increscunt animis discordibus iræ:
Et iam collecti troes glomerantur eodem.
Et conferre manũ & ꝓcurrere longius audent.
Ductori turno diuersa in parte furenti
Turbantiq̃ viros perfert̃ nuncius hostem
Feruere cæda noua: & portas ꝓbere patentes.
Deserit inceptum: atq̃ immani concitus ira
Dardaniã ruit ad portã: fratresq̃ superbos:
Et primũ anthiphatẽ: is em̃ sese primus agebat
Thebana de matre nothũ sarpodonis alti
Coniecto sternit iaculo: volat itala cornus
Aera per tenuẽ: stomachoq̃ infixa sub altum
Pectus abit: reddit specus atri vulneris vndam
Spumantẽ: & fixo ferrũ in pulmone tepescit
Tũ meropẽ: atq̃ erimãta mãu tũ sternit aphidnũ
Tum bitiã ardentẽ oculis: animisq̃ frementem
Non iaculo: neq̃ em̃ iaculo vitã ille dedisset
Sed magnum stridens cõtorta phalarica venit
Fluminis atq̃ modo. quã nec duo taurea terga
Nec duplici squama lorica fidelis & auro

ribus placet. Bene aũt p trãsitũ ei⁹ arma descri
psit. Duplici squama & auro. i. duplicibus
squamis aureis. Squamæ aũt loricæ⁊ cathenæ
in modũ squamæ coposite sunt. Sane squama
& splendorẽ significat: si a piscib⁹ veniat: & sor
des si a squallore. sed i Virgilio vbiq; splẽdorẽ
significat. Et clypeũ sup itonat inges. aut ipe
inges sup clypeũ itonat: aut inges clypeũ sup
eũ tonat. nã lectũ ẽ etiã hoc clypeũ vt phat Ca
per: qđ magis debem⁹ accipe nã Homerũ imi
tat⁹ ẽ. q ait: α ρ α βη σε δε τε υ χεε ω α υ τω
Euboico baiarũ littore bene baiarum addidit
nec euboeã insulã intelligerem⁹: vñ chalciden
ses venert qui cõdiderũt Cumas q̃ sunt baiis
vicinæ. Prona tbrait. ita em̃ exædificat. Pro
chyta alta tremit. at quæ hec insula plana ẽ sed
epitheton de pterito traxit: Nã vt dicit Pli. in
naturali bistoria. Inarimes mons fuit: q terræ
motu diffusus alterã insulam fecit: quæ pchy
ta ab effusione dicta est. Fundere est em̃ ἐκχυεῖν. Prochyta. vero alta quondam. s. Durumq; cubile,
mortiferũ ad pœnã statutũ: Stimulos acres. Seuiendi. s. nã sunt timoris & libidinis stimuli. Notanda
quoq; œconomia: quæ id egit vt verisimile sit Turnũ victorem euasisse de castris.

DONATVS. Nibil inuenies quod scribi conducat.

CHRI. Ductori t. Quasi dicat nõ illa ausi fuissent troiani pñte Turno. Feruere. Nimis icalescere
& q̃si suos supare. Patẽtes. Qđ nimiã fiduciã: & q̃si sui cõtẽptũ significat. Deserit icœptũ. Quod nõ fe
cisset nisi cõmot⁹ magna ira cũ fortis viri sit ab icœpto nõ desistere: nisi necessaria cã intercedẽte. Altum
pectus. pfundũ vbi epar ẽ sanguinis sedes. Vñ vndã spumãtẽ vt oñderet copiam sanguinis i pulmone.
Tũ meropẽ atq; erymãta. Celeritate orõnis exprimit Turni in cæde celeritatẽ. Taurica terga. s. scuti,
Phalarica Phalarica. ait Amian⁹ appellata ẽ a Phalari tyrãno vel qđ phalas. i. turres ictu diruat. Est aũt hastile mis
sile: & teres pterq; ad extremũ vbi pminet ferrũ tripedale stupa circũdatũ: pice & sulpbure circũlitũ addi
to aliq̃n bitumine & oleo. Nõ emittit̃ nisi cõcepta flãma: vt cũ p aerẽ defert̃ fulmẽ videat̃: lædit ictu &
igni. Saxea pila cadit. magnũ saxũ. Trabit r. nã cũ petat fundũ trabit secũ ruentes aq̃s. Prona. i p. t. il.
Prochyta re. Ita em̃ infigit̃ vadis penit⁹. i. valde interne: vt recũbat: q̃si firmã sedẽ capiat. Mars ar. ad excusationẽ
troianor⁊ qđ a deo nõ ab boibus fugati sint. Prochyta. Insula ẽ ante Misenũ pmõtoriũ nõ pcul Cumis:
auulsa olim ab Inarime insula. q̃ a statione nauiũ æneæ Aenearia ẽ dicta. Strabo Pytbecussam noiat: a do
liis q̃ græci pythea vocãt. Eamq; chalcidẽses babitasse refert: & primo seditione: deinde quia flãmas vo
meret: deseruerunt. Quæ res fabulã dedit sub ea sepultum esse Typbeum.

SER. Vndiq; coueniũt. Illi sine dubio qbus mars iniecit audaciã: inuẽta opportunitate irrupeit ca
stra troiana. Duro in cer. sine spe euadendi.

Ast alios s. i. Sta. par opi iactura lucro. Nam
boste recepto Excludere suos. Vltro. insuper
Demẽs. boc ex affectõe sua dixit poeta alibi
Sed dũ forte caua dũ psonat æquora concha
Demẽs: & cãtu vocat i certamina diuos Do
talis r. a. Tibi data p dotẽ: & bñ amatæ: q̃ sola
illum generũ eẽ cupiebat. Notã dũ sane. qa id
agit vt oñdat se nõ p iprudentiã Turnũ inclu
sisse: sed illũ p temeritatẽ sibi minime pfutura
castra penetrasse. Olli subridẽs. Magnã cõfi
dentiã virtutis oñdit. Priamon. a: ppter illã
Sibyllæ. Ali⁹ latio iã part⁹ Achilles. & dictũ ẽ
vt illud De generẽq; neoptolemũ narrare me
mẽto Rudẽ n. nõ leuẽ nec pulchrã sed fortẽ.
Cortice c. Viridi. nã hastæ plerũq; torrentur
Vulnus s. i. d. v. Pleriq; sed nõ idonei cõmen
tatores dicũt boc loco occisum Turuũ: sed cã
œconomiæ gloriã a poeta Beneæ cẽ seruatam
qđ falsum est. Nã si veritatẽ bistoriæ requiras
primo plio interẽptus Latin⁹ ẽ inde vbi Tur
nus æneã vidit superiorẽ Mezentii iplorauit
auxiliũ. Secdo plio Turnus occisus ẽ & nibilo
minus æneas postea nõ cõparuit: Tercio plio
Mezentiũ occidit Ascani⁹. Hoc Liuius dicit:

Sustinuit. collapsa ruunt immania membra
Dat tellus gemitũ: & clypeũ sup itonat inges
Qualis in euboico baiarũ littore quondã
Saxea pila cadit: magnis quã molibus ante
Sin noſtrum annuerit nobis victoria martem

SER. Eſto nūc ſol teſtis. Bene primo inuocat deum. quē orientē intuens vidit. nā ait illi ad ſurgentē cōuerſi lumina ſolē. Eſto autē multi volunt tertiā eſſe pſonā id eſt ſit mihi ſol teſtis: qa ſequit & hæc terra: vt elocutionem per noiatiuum factā itelligam⁹: ſed hoc non ꝓcedit: qa ſequētia vocatiuū habēt: vt & tu ſaturnia iuno. Item Tuq; inclyte mauors vñ per vocatiuū eum oia dixiſe accipiau⁹. In hoc vero tm̄ ad noiatiuum feciſſe tranſitum & hæc mihi terra precanti: licet etiam hic poſſit eſſe uocatiuus: nam Δεικτικῶς eſt dcm̄ hæc terra eſto teſtis: ac ſi diceret: o italica terra teſtis eſto. Quā propter tantos. Pter habet accentum: quia eſt poſtpoſita præpoſitō

Iam melior iā diua precor. ac ſi diceret nō ſaturnia: id eſt iam minime nocens: ſed traianis ꝓpitia. Torques ſuſtīes: regis. Quæq;

ætheris alti religio. post ſpecialia itulit gñalitatē. Ceſſerit auſonio ſi fors. vt ſi forte & bñ dubitat de hoc cōtra cū ad ſuū venerit nomē dicet vt potiꝰ reor & potiꝰ dii numie firmēt. Sane rone ñ caret q̄ primo de victoria Turni loquit̄: poſt deſcedit ad ſuā. Scit em̄ in auguriis prima poſterioribꝰ cedere. Rebelles homo rebellis dr̄: res ipſa rebellio: nō rebellatio: ſic Suetoniꝰ. Annuerit victoria martē. hypallage p̄ ſi noſter mars ānuerit victoriā: nā marte victoria comitat̄. Inuictæ. q̄ſi inuicte: & bñ ſibi conciliat ppm: nam ſine dubio vna cū rege vincet̄. Sacra deoſq̄ dabo magna em̄ fuit apud maiores ſacroꝝ cura: ſicut diximꝰ ſupra: vñ nūc æneas id agit ne peant & re vera cōſtat ſacra phrygia nūc latinis tradita coluiſſe rōanos. Latinꝰ habeto. aut antiquꝰ vocatiuꝰ: aut habeto tercia p̄ſona ſcit. Sane ſciēdū q̄d crebra ſoceri cōmemoratione ſibi fauorē latini cōciliat. Itē dicēdo Mihi mœnia teucri cōſtituēt populare gratiā captat. qa ſup̄ dixerat Drances: Saxaq̄ ſubuectare humeris troiana iuuabit. Terra mare ſydera iuro. ornatior elocutio & crebra apd maiores c̄ꝫ ſi velis addere p̄poſitionem: vt ſi dicas iuro per maria per terras. Eadē aūt bñ dixit. Nā p̄ mari ille fōtes & fluuios poſuit pro ſyderibus ſolem. Latonæq̄ genus duplex. ac ſi diceret vtrūq̄ ſexum Latoniæ ſobolis: & bene in fœderibus duplicia inuocant numina: quia in vnum duo coituri ſunt populi. Ianum quoq̄ rite iuocat: quia ipſe faciendis præeſt fœderibus. Nā poſtq̄ Romulus & Titus Tatius in fœdera conuenerūt. Iano ſimulachrum duplicis frōtis effectum eſt: quaſi ad ymaginē duoꝝ populoꝝ. Legimꝰ tñ Ianum quadrifrontem fuiſſe: vnde Martialis: Et lingua pariter locutus oi: Mā oēs de duobꝰ nō dicimꝰ. Vim deum. duritie in exorabilitatē. Sacralia ditis. ſacrariū p̄prie eſt locus in tēplo: in quo ſacra reponuntur: ſicut donariū eſt vbi reponuntur oblata: ſicut lectiſternia dicunt̄ vbi in templo homines ſedere cōſueuerūt. Qui fœdera fulmine ſancit: confirmat: ſancta eſſe facit: & hoc ideo: quia cum fiunt fœdera: ſi coruſcatio fuerit cōfirmanē Vel certe quia apud maiores aræ non incendebantur: ſed ignem diuinum precibus eliciebant qui incēdebant altaria. Sancire autem proprie eſt ſanctū aliquid: id eſt conſecratum facere fuſo ſanguine hoſtiæ: & dictum ſanctum quaſi ſanguine conſecratum. Si telluremin fundat in vndas. hypallage: pro ſi vndas effūdat in terras. Diluuio miſcens. aquæ perfuſione vniuerſa perturbans.

CHRI. Sol. Quia oia videt: & ad quem reliqua omia numia referebant antiqui Terra. Quæ mihi fatalis es. Saturnia. nam ab Heleno iuſſus fuerat: vt Iunonē quoad poſſet placaret. Præterea dea regnorum eſt: & de regnis diſceptatur. Mauors. cuius munera exercemus. Addit flumina & mare: vt oia aq̄rum numina aſſint: & religionem alti ætheris. Si fors victoria. duo proponit: ſi ſuccumbet neq̄ ſe neq̄ ſuos vnq̄ contra impoſitas conditiones iterum: ſin vincet mira dementia inuictos viſurum: & penes latinum regnum relicturum: ſola tantum ſacra daturum. Ambæ inuicte gentes. ita nullo diſcrimine regentur: vt vtraq̄ inuicta reſtet. Dextram. Quæ ſit pignus fidei. Ianum bifrontem. de quo in primo libro diximus. Ianus ſimulachrum habuit in hoſtio templi victis ſabinis: cum Romulꝰ & Tatius percuſſere fœdus: Pleriq̄ putant eum tunc bifrontem fuiſſe propter imaginem duorum populorum.

SER. Vt ſcæptrū hoc. Homeri locꝰ verbū ad verbū. Dextra ſ. n. f. g. per paretheſim dictū ē. Vt āt ſcæptrū adhibeat̄ ad fœdera. hæc ratio ē: qa maiores ſp ad fœdus ſimulachrū Iouis adhibebāt q̄d cū tedioſū eſſet: p̄cipue q̄n fiebāt fœdera cū lōge poſitis gētibꝰ inuētum eſt vt ſcæptrū tenētes q̄ſi imaginē ſimulachri redderet Iouis. Scæptrū em̄ ipſius eſt p̄priū vnde nunc tenet ſcæptrū. Latinꝰ non quaſi rex ſed quaſi pater patratus Imo de ſtirpe. ideo gñe maſculio vſus eſt: quia de arboribꝰ loquit̄. Hā de boibus genere maſculino dicimꝰ: vt beu ſtirpē iuſſam dixit tamen vſurpatiue: Hor. de arboribus: vt Stirpeſq̄

Vt potius reor: & potius dii numie firment.
Non ego: nec teucris italos parere iubebo
Nec mihi regna peto paribus ſe legibus ambę
Inuictæ gentes: æterna in fœdera mittant.
Sacra deoſq̄ dabo ſocer arma latinus habeto:
Imperium ſolenne ſocer: mihi mœnia teucri
Conſtituent: vrbiq̄ dabit lauinia nomen.
Sic prior æneas: ſequitur ſic deinde latinus.
Suſpiciens cœlum: tēditq̄ ad ſydera dextram.
Hæc eadem ænea terram mare ſydera iuro
Latoneq̄ genus duplex: ianumq̄ bifrontem.
Vimq̄ deum infernam: & diri ſacraria ditis
Audiat hæc genitor qui fœdera fulmie ſancit.
Tango aras: medioſq̄ ignes: & numina teſtor
Nulla dies pacē hanc italis: nec fœdera rumpet
Quo res cunq̄ cadent: nec me vis vlla volētem
Auertat: non ſi tellurem effundat in vndas
Diluuio miſcens: cœlum ve in tartara ſoluat

Vt ſcæptrū hoc: dextra ſcęptꝝ nā forte gerebat
Nunq̄ frōde leui fundet virgulta: nec vmbras
Cum ſemel in ſiluis imo de ſtirpe reciſum
Matre caret: poſuitq̄ comas: & brachia ferro
Olim arbos: nunc artificis manus ære decoro:
Inclusit patribuſq̄ dedit geſtare latinis.
Talibus inter ſe firmabant fœdera dictis
Conſpectu in medio procerū: tum rite ſacratas
In flammam iugulant pecudes: & viſcera viuis
Eripiunt: cumulan: q̄

Eripiunt: cumulantq; oneratis lãcibus aras
At vero rutulis impar ea pugna videri
Iamdudum: & vario miſceri pectora motu.
Tum magis vt propius cernũt nõ viribus æqs
Adiuuat inceſſu tacito progreſſus: & aram
Suppliciter venerans demiſſo lumine turnus:
Pubẽteſq; genæ: & iuuenili in corpore pallor:
Quẽ ſimul ac iuturna ſoror crebreſcere vidit
Sermonem & vulgi variare labantia corda.
In medias acies formam aſſimulata camerti
Cui genus a proauis ingẽs: clarumq; paternæ
Nomen erat virtutis: & ipſe acærrimus armis
In medias dat ſeſe acies baud neſcia rerum:
Rumoreſq; ſeuit varios: ac talia fatur.
Non pudet o rutuli cuncti pro talibus vnam
Obiectare animam: numero ne an viribus æq:
Non ſumus: en oẽs & troes & arcades hic ſunt
Fataliſq; manus infenſa betruria turno.
Vix hoſtem alterni ſi cõgrediamur habemus.
Ille quidem ad ſuperos quoꝝ ſe deuouet aris.
Succedet pbama: viuuſq; per ora feretur
Nos patria amiſſa dominis parere ſuperbis
Cogemur: qui nunc lenti conſedimus aruis
Talibus incenſa eſt iuuenum ſentẽtia dictis
Iã magis atq; magis: ſerpitq; p agmĩa murmur
Qui ſibi iam requiem pugnæ rebuſq; ſalutẽ.
Sperabant: nunc arma volũt: fœduſq; precanꝫ
Infectum: & turni ſortem miſerantur iniquam.
His aliud maius iuturna adiungit: & alto
Dat ſignum cœlo: quo non præſtãtius vllum.

raptas & pecus & dom⁹. Matre caret: vel terrã: vt antiquã exqrite matrẽ: Vel arborẽ: vt Parua ſub ingenti matris ſe ſubiicit vmbra. Aere decoro. Id eſt oricbalco. Dedit geſtare l. vt dat ferre. Talibus iter ſe firmabãt fœ. di. Latin⁹ & æneas. Turnũ aũt nõ iducit iurantẽ: q dux ẽ: q pñte rege nõ bẽt ptãtẽ. & imitatus eſt homer: qui poſt iuſiurandũ Menelai Alexandrũ q̃ſi feruidũ & adoleſcẽtem a fœdere iducit excluſum: & priamũ adhibitũ ad fœderis confirmationẽ. Tũ rite ſacratas. rite expugnata ſolẽnitate q̃ diximus ſup̃. Videri miſceri. Infiniti ſunt p indicatiuis. Propius cernũt diligẽtius. vt Propius res aſpice nr̃as Nõ virib⁹ equis. eos cõgreſſuros ſubaudi. Inceſſu tacito pgreſſus. ipſe tacit⁹: bypallage ẽ. Cui gen⁹a proauis ingẽs. Cui⁹ auctoritatẽ cõmendabat & origo maior: & pĩna virtus: & ppria fortitudo. Procũct. talib⁹ q̃lib⁹ ẽt Turnus: & attendit ſenſũ ſupiorẽ: vbi ait. Turnus & ſolus ferro crimẽ comune refellã. An viribus eq nõ ſumus. Bñ addidit virib⁹ Nã legim⁹ in Saluſtio Memorare poſſẽ q; bus in locis popul⁹ roman⁹ ingentes boſtiũ copias parua manu fuderit. Vir. Exigui nũero ſed bello iudia virt⁹. En oẽs ne occurreret: ſed ẽ in caſtris alter exercit⁹. Fataliſq; manus. troianor: q fataliter ad italiã venerit vt ſit iteratio. Hetruria aũt infenſa p betruſci: q etiã Turno inimici ſũt cã Mezẽtii. Deuouet aris. qa ait ſup̃ de Turno ſuppliciter venerãs Itẽ ſup̃ Vobis aiam hanc ſoceroq; latino Deuoui Nã ipſa iterat verba. Vnuſq; p ora ferẽ. tanq; de viuo oẽs loquẽtur. Leti. otioſi vt nos patriã fugim⁹ tu tytire lent⁹ in vmbra Fœduſq; pcanꝫ infeſtũ. rogãt vt p non facto ſit ne piaculũ videanꝫ admittere. Et alto d. ſig. cœ. Vt religio alia religione ſoluaꝫ. Præſtantius. Efficatius.

DO. Inceſſu tacito. Quattuor ponit ſigna tioris. primũ eſt igreſſus tacit⁹: dum vix pedẽ mouebat. Alterũ qđ aram venerabat̃ oculis deiectis. Tertium tabentium genarũ ex macie repentina. Quartum palloris

CHRI. Matre caret. q̃ſi nutrice. Arbos. Nã ppria arbos eſt: cũ radicibus hæret: & habet vitã. In medio conſpectu. pcerũ qui ipſos reges circũdabant. Et viſcera viuis: nã in fœdere porcus fœde. i. crudeliter interficiebat̃. Vnde dixit q̃ carnes eriperentur ab animali adhuc viuente. At vero rutilis im. e. p. v. Vulgi eſt vt quẽadmodũ fœlicibus fortuna tiſq; inuidet: ſic eorum dẽ ſi ex alto gradu in miſerias decidant miſereanꝫ: ſic Turn⁹ qui paulo ante pleroſq; ſua gloria torquebat tunc in tantum periculum ventur⁹ ad cõmiſerationẽ impellebat. Cum ergo putaret facile: victum iri iniquo animo buiuſcemodi pugnam ferebant. Hanc occaſionem nacta Iuturna potuit facile exercitum ad violandum fœdus impellere: preſertim aſſũpta forma Camerti in quo non parua eſſet auctoritas. Nam ſub ea forma oõnem habuit: qua vehementer latinos moueret. Talibus incenſa eſt iuuenum. Optime iuuenum quoꝝ animi aliqua potius perturbatione q̃ ratione mouentur

Turbauit mentes italas: monſtroq; fefellit.
Namq; volãs rubra fuluus iouis ales in æthra
Littoreas agitabat aues turbamq; ſonãtem
Agminis aligeri: ſubito cum lapſus ad vndas
Cygnũ excellentẽ pedib⁹ rapit improbus vncis.

SER. Mõſtroq; fefellit. Bñ fefellit: nam q̃ hoc augurũ nec oblatuum eſt nec imperatiuum: ſed imiſſum factiõe Iuturne: qđ carere fide indicat ſedes negata: nã vbicũq; firmũ introducit augurium dat ei firmiſſimã ſedem vt ipa ſub ora viri cœlo veneꝫ volãtes: Et viridi ſedeꝫ ſolo. Itẽ Añ ſiniſtra caua monuiſſet ab ilice cornix. In hoc autẽ augurio liberatũ

cygnū cecidisse i aquā dicit: quā istabilē esse māifestū ē. Littorea sagitabat aues palustres nā littus dr̄ ois terra aquis vicia: vt Viridiq; in littore conspicit̄ sus. Excellentē magnum sicut in exercitu magn⁹ est Turn⁹. Cōuertūt clamore fugā. redeūt cū clamore: sicut i exercitu solet. Auguriū salutāt. venerāt: & proprie: nā salutari dicim⁹ deos. Teren. At ego hīc deos domū salutatū pergā. Expediūtq; man⁹. se dimicare velle significāt Hæc em̄ est cōsensio militaris. Luc. Elataq; altæ q̄cunq; ab bella vocaret Promisere man⁹. Qđ sæpe petiui. q̄si iperatiuū hoc auguriū vult videri Accipio agnoscoq; deos. modo q̄si de oblatiuo loq̄t nā in oblatiuis auguriis i ptāte vidētis est vtrū id ad se ptinere velit: an refutet & abominet. Ergo nūc auguriū dicit se libēter āplecti: & agnoscere circa se fauorē deor̄

Quos iprobus aduena: iterpretat̄ auguriū & cōfirmat ad preses negociū ptinere. Littora vestra: bona iteratio: nam sup̄ ait. Littoreas agitabat aues. Vi populat. antique. nam veteres & populo & pplor dicebāt: nūc tm̄ populor dicim⁹: illud penit⁹ de vsu recessit.

Penitusq; pfundo vela da. vt sup̄ de aquila Penitusq; in nubila fugit. Dēsate cateruas. sicut cygni bostē p auras fcā nube p̄mūt. Et aduersos telā c. i. bo. boc loco ab Homeri recessit œconomia. Ille ei iducit Mineruā psuadentē Pādaro: vt iacto in Menelaū telo fœdera dissipet. Hic vero dicit ipsū augurē telū spōte torsisse: & occidisse vnū de nouē fratribus: qđ ptinet ad œconomiā: Necesse enim erat: vt fratres ex vni⁹ morte cōmoti bellum mouerēt. Si ei vilis aliq̄s iteriret: poterat ei⁹ mors ob fœderis religionē forte cōtēni. Sonitū dat. i. facit. Certa. i. ieuitabilis: vñ icerta est ifirma & vitabilis. Hastam volās. min⁹ est nāq;. Horū vnū ad. ordo ē. Trās adigit vnū costas: & figurate dicit vnū p vni⁹. Teriē q̄ sutilis aluo balthe⁹. rē phys̄icā dixit: Oia em̄ quib⁹ vtimur ñ nos terūt: sed ea nos terim⁹: vt annulū: vestē. Aiosaq; phalāx. quasi phalāx. i. legio. Cæci. salutis iprouidi. Inundāt more vn fluūt. Sic oēs amor vnus bēt. sic. i. dū paulati suis iuicem subueniāt. Oēs enim in bellū coacti sunt. Sic Salu. Diripuere aras dejecerunt: dissipauerunt.

DO Primusq; tolūnus. Nō solū rutuli: sed ēt Tolūn⁹ augur hoc augurio decept⁹ ē. Dixit: & aduer. recte q se ducē professus est primus tela contorsit. Diripuere aras. vocati furore certandi

Arrexere animos: itali cunctæq; volucres
Conuertunt clamore fugam: mirabile visu:
Aetheraq; obscurāt pēnis: hostēq; per auras
Facta nube premūt: donec vi victus: & ipso
Pondere deficit: predāq; ex vnguibus ales
Proiecit fluuio: penituq; in nubila fugit
Tum vero auguriū rutuli clamore salutant:
Expediūtq; manus: primusq; tolūnius augur:
Hoc erat hoc votis inquit quod sæpe petiui
Accipio: agnoscoq; deos: me me duce ferrū:
Corripite o rutuli: quos iprobus aduena bello
Teritat: inualidas vt aues: & littora nostra
Vi populat: petet ille fugam: penituq; pfundo
Vela dabit: vos vnanimi densate cateruas
Et regem vobis pugna defendite raptum:
Dixit: & aduersos telum contorsit in hostes
Procurrēs: sonitū dat stridula cornus: & auras
Certa secat simul hoc simul igens clamor: & oēs
Turbati cunei: calefactaq; corda tumultu.
Hasta volans: vt forte nouem pulcherrīa fratr̄
Corpora constiterant: contra quos fida crearat
Vna tot arcadio coniunx tyrrbena gilippo.
Horum vnū ad mediū teritur qua sutilis aluo
Baltheus: & laterum iuncturas fibula mordet
Egregiū forma iuuenem: & fulgentibus armis
Trans adigit costas: fuluaq; extendit barena.
At fratres aiosa phalanx accensaq; luctu
Pars gladios strigūt mānibus: pars missile ferrū
Corripiūt: cæciq; ruunt: quos agmīa cōtra:
Procurrūt laurentū. hīc densi rursus inundāt
Troes agiliniq;: & pictis arcades armis.
Sic amor oēs vnus habet decernere ferro.
Diripuere aras. it tota turbida cœlo

CHRI. Monstroq; fefellit. Nā putauit bona portēdi: cum infelicia eēnt. Sonantem. quia canori sunt cygni. Hoc aūt auguriū ver̄ fuit: sed nō itellectū. Cygnus em̄ id est Turnus captus erat ab aqla: qa veniebat lacerādus ab boste vi fœderis: i quo relict: aues p̄mebāt bostē: qa milites vrgebāt fœdus: ne sæuiretur Vñ cygnus elapsus est ab aqla oppressa turba auiū. i. Turnus ab ænea: sed nō recepit se in tutū stabilēq; locū. Petet i. f. vt fugit aqla & petet pfundū. vt illa petiuit pfundū cœlū: nā pfundum cōe est infimis & altis. Telū cō. in bo. q̄m neq; credibile erat neq; leue: vt fœdus tanta religione celebratū rūpereē: iceirco plures cās qbus vel iuiti ipelli possent posuit poeta. Nā & Iuno qđ facto opus eēt iuturnam admonuit: & Iuturna sub psona in qua eēt auctoritas oron̄ vehementē adrē supandā habuit. Postremo auguriū quo decipereñ posuit. deniq; auctorē cōtorquēdi hastā augurē fecit. cui & fœlicia p̄dicēdi cū eēt ēt augur & telum veluti id qđ diceret vehemēter crederet cōtorquēti credēdum erat. Addē qđ interfectus est is quem stati octo fratres fortissimi affuerunt. His rebus & latini & troiani facile ad pugnam elici potuerunt.

SER. Ferreus

Tempestas telorum: ac ferreus ingruit imber.
Craterasq; focosq; ferunt: fugit ipse latinus:
Pulsatos referens infecto fœdere diuos.
Infrenant alii currus: aut corpora saltu
Subiiciunt in equos: & strictis ensibus adsunt
Mesapus regemq; regisq; insigne regẽtem:
Tyrrhenũ aulesten auidus confundere fœdus
Aduerso propter equo: ruit ille recedens:
Et miser oppositis a tergo voluitur aris:
In caput inq; bũeros: ac feruid⁹ aduolat hasta
Mesapus: teloq; orantem multa trabali.
Desuper altus equo grauiter ferit: atq; ita fatur
Hoc hẽt hæc melior magnis data victia diuis.
Concurrunt itali: spoliantq; calentia membra.
Obuius ãbustum torrem chorineus ab ara
Corripit: & veniẽti ebuso plagamq; ferenti
Occupat bos flammis: illi inges barba reluxit:
Nidoremq; ambusta dedit: super ipse securus
Cæsariem leua turbati corripit hostis
Impressoq; genu nitẽs terre applicat ipsum
Sic rigido latus ense ferit: podalirius alsum
Pastorem: primaq; acie per tela ruentem
Ense sequens nudo supereminet: ille securi
Aduersi frontem mediã mẽtumq; reducta
Disiicit: & sparso late rigat arma cruore.
Olli dura quies oculos: & ferreus vrget
Somnus: in eternã clauduntur lumia noctem.
At pius æneas dextram tendebat iermem
Nudato capite: atq; suos clamore vocabat
Quo ruitis: quæ ve ista repẽs discordia surgit:
O cohibete iras: ictum iam fœdus: & omẽs
Compositæ leges: mihi vis concurrere soli
Me sinite: atq; auferte metus: ego fœdera faxo
Firma manu: turnũ iam debent hæc mihi sacra
Has inter voces media inter talia verba.
Ecce viro stridens alis allapsa sagitta est.
Incertũ qua pulsa manu: quo turbĩe adacta:
Quis tãtam rutulis laudem casusue deusue
Attulerit: pressa est insignis gloria facti.
Nec sese æneæ iactauit vulnere quisquam.
Turnus vt æneam cedentem ex agmine vidit:
Turbatosq; duces: subita spe feruidus ardet
Poscit equos: atq; arma simꝰ: saltuq; superbus.

SER. Ferre⁹ iber. Permãsit in trãslatiõe. qa dixerat tẽpestas telorꝫ. Ferũt. auferũt: nã aphe resis ẽ: vt tenere ꝓ cõtemnere. Pulsatos diuos. violatos. læsos fractis fœderibus. Infrenãt alii currus. i. equos: sic alibi: Neq; audit curr⁹ habenas. Subiiciũt i equos. sup equos iaciũt: sed ꝓprie nõ ẽ locut⁹ magisq; cõtrarie: Nã subiicere ẽ subter aliq d. iacer. Regisq; insigne gerentẽ. i. diadema habẽtẽ. Auid⁹ confundere fœd⁹: legit & auidũ: sed meli⁹ auid⁹: quia Mesap⁹ Turno fauebat. qui erat ipar ad singlare certamẽ. Altus equo. equi magnitudine latẽter oñdit. Hoc hẽt. hoc ẽ letali pcussus ẽ vulnere: Tereti⁹: Certe capt⁹ est: hẽt Sane sarcasmos ẽ de loci q̃litate iuetus. Nã qa sup aras cecidit ait: Hæc melior magnis data victia diuis. Torrẽ. erit ntũs hic torris & ita nunc dicim⁹. Nã illẽ. Ennii & pacuuii pẽitus de vsu recessit: vt hic torr⁹ hui⁹ torri dicam⁹. Nidorẽ. mõ putorẽ. Ferreus somn⁹ homerus χάλκεος ὑπνος. Nudato capite. s. vt posset agnosci. Sane q̃riẽ quẽ admodũ nudate dixerit cũ sup eũ nusquã iduxerit capite tecto. Nã nudatũ ẽ quicq d fuit antea cooptũ: nudũ vero dr̃ q d tectũ añ nõ fuerat Ergo aut nudato ꝓ nudo accipiam⁹: vt sit ꝓ noie pticipiũ: aut dicam⁹ tectũ eũ habuisse caput: cũ descẽdit ad cãpũ: Nã legim⁹ Sydero flagrãs dypeo & cælestib⁹ armis. Suos clãore vocabat: vtq; exercitũ iã suũ vocabat: vt talis ei⁹ fuerit clamor: Cur in vos iuicẽ ruitis mei: Repens. aut subito vt sit aduerdiũ. i. repẽte: vt Sole recẽs orto ꝓ recẽter. Aut repẽs discordia ꝓ repẽtina. Faxo. faciã. Incertũ q̃ pulsa manu. hoc loco adhuc q dẽ q̃si dubitat tñ ab Iuturna itelligim⁹ imissũ quẽdã: g vulneraret æneã. Q d ãt paulo post Iuno dictura ẽ de Iuturna Nõ vt tela tñ nõ vt cõtẽderet arcũ. minime est mirandũ. Nam scim⁹ vnicuiq; iputari quod alter in eius gratiã fecerit: sicut ẽ Et potes in totidẽ classes cõuertẽ nymphas. Aeneã aũt ab hoie vulneratum idicat Iuppiter paulo post dicẽs Mortali decuit vi olari vulnere diuũ. Molir̃ regit. & est acyrologia: nam proprie molitur est parat.

DO. Hoc habet. i. bene se habent res. Meliorẽ vitã. cum ioco dixit: quia in arã cecidit.

Olli. q. d. dura quies: quia est quies nõ dura & somn⁹ nõ ferens & nox nõ æterna. Ruitis, aliud est ire; aliud tẽdere: aliud ruere.

CHRI. Craterasq; focosq;. Optime ponit añ oculos qualis quãtusq; sit furor popꝰlaris Nam cum in turba illa icrebuerit; icrebescit autẽ psæpe: vel minimis de causis nihil cõsilio gerit̃. Nulla est religiõis nulla ducum reuerẽtia: neq; sacris neq; profanis parcunt vñ oportet ipsos duces vel illis obtẽperare: vel fugere. Subiiciũt. sursũ iaciunt. Nõ em̃ cõponit a sub q d est subter: sed a subsum: id est sursum antiqua præpositiõe: vt in buc. Quãtũ vere nouo florẽs se subiicit alnus. Voluit̃. a pathos a loco. vt ẽ Sãguie turpantẽ q̃s ipse

sacrauerat aras. Ab ara. Et hic dignatio qđ reb⁹ ꝑparatis religioni abuterẽtur ad cædes At pius æ. & fortis & religiosi bois sibi officiũ ascribit: q vt fœdus ictũ iuiolatũ maneret nihil omisit: Sed vt dixim⁹ nihil proficit in turba iam furore cõcita. Turn⁹ nã ad singulare certamẽ iturus vehemẽter sibi timebat: nunc turbato fœdere & saucio aduersario redüt spes. Supbus: nimis elatus arridente fortuna. Si aũt omnes locos in qbus de Turno poeta scribit annotabis: illũ audacẽ potius q̃ fortem descriptũ inuenies. In hoc loco crudelissime omnia agit

SER. Hebri. Fluuii thracie. Sãguineus mauors: gaudẽs sãguine. ἀπὸ τοῦ αἵματος. Clypeo increpat. Sonat alibi arguit: vt Increpat vltro Cũctãtes socios. Vltia. hoc ẽ tota: si ei gemit vltia ois sine dubio. Miserabile cæsis. miserabiliter: nomẽ pro aduerbio. Ipe nutrierat. Solẽt em̃ plerunq; filios aliis dare nutriendos parẽtes. Ausus pelidæ preciũ sibi poscere curr⁹. Difficilis bypallage: nã hoc vult dicere: q vt Achillis equos possit accipe. ire ausus erit ad castra græcor. Ordo em̃ non ꝓcedit: qui vt iret ausus est petere. Affecit precio. modo pœna: nam preciũ est τῶν ἀξιόν. Teren. Ergo ob stulticiam preciũ fero. Nec equis aspirat achillis. aspirã apd maiores acceperũt significat: Cicero Nũq; aspirauit ad curiã: sed hic figurate dixit aspirat eqs. ꝓ ad equos occisus est: nec ad equos Achillis accessit: meli⁹ tñ est vt de Diomede intelligam⁹: vt sit sensus Diomedes occidit Dolonẽ q equos Achillis ausus ẽ petere: quos nec ille: q eũ vicit popposcit. Dextræ mucronẽ extorquet. q̃si prooeconomia ẽ vt nõ eũ suo interimat gladio ne agnoscat ꝙ Metisci ẽ etiã nũc suũ regrat: quo facto pire poterat seqns fracti gladii œconomia. En agros. quos victor ænea te accipe posse credebas: ide ei sarcasmos facta ẽ. Nã cõsuetudo erat vt victores ipatores agros suos militib⁹ darẽt: vt in bistorus legim⁹. Itẽ in Luca. An meli⁹ fierẽt piratæ magnæ coloni. Sternacis eq. ferocis: q facile sternit sedẽtẽ. Edoni boreæ. Thracii nã edon mõs ẽ thraciæ. Sane sciendũ hoc loco erasse Donatũ. q dicit edonii legendũ est vt do breuis sit scdm Lucanũ: qui dicit edonis ogygio decurrit plena lyeo: nãq; certũ ẽ systole fecisse Lucanũ: vũ edoni legendũ est: vt sit hic edonus bui⁹ edoni. Stati. & Virg. & artẽ secut⁹ ait Tristi⁹ edõas byemes hebꝛ ꝙ niualẽ: nõ edonias. Aegeo. mari scilicet sicut sequẽtia indicãt. Sequit ꝙ ad littora fluctus: nã male ait Donat⁹ mõtem ee vnde flat boreas: cum certũ sit eum de bipboreis mõtibus flare. Instantẽ pbege⁹. aut sibi aut oibus Ad currum. pro curru se obiecit. Citatorũ apberesis est: pro concitatorum. Biricem. loricam si lõga est: & accentũ habet. sicut bifilũ si producit: qa & fila & licia dicimus. Degustat. leuiter tangit. vñ cõtra de alto vulnere ait. Virgineumq; alte bibit acta cruorem.

Emicat in currũ: & manibus molitur habenas.
Multa virum volitans dat fortia corpora leto
Semineces voluit multos: aut agmia curru
Proterit: aut raptas fulgentibus ingerit hastas
Qualis apud gelidi cum flumia cõcitus hebri:
Sanguineus mauors clypeo increpitatq; furẽtes
Bella mouẽs immittit equos: illi æquore apto:
Ante notos zephirũq; volãt gemit vltia pulsu
Thraca pedum circũq; atræ formidinis ora
Iræq; insidiæq; dei comitatus aguntur.
Talis equos alacer media inter prœlia turnus
Fumantes sudore quatit miserabile cæsis
Hostibus insultãs: spargit rapida vngula rores
Sanguineos: mixtaq; cruor calcatur harena:
Iãq; neci stbelenũq; dedit: thamyriq; polũq;:
Hũc cõgressus: & hũc illũ eminus: minus ãbo
Imbrasidas glaucũ: atq; iadẽ quos ibrasus ipe
Nutrierat lycia: paribusq; onerauerat armis.
Vel cõferre manũ: vel equo prœuertere vẽtos:
Parte alia media eumedes in prælia fertur:
Antiqui proles bello prædara dolonis:
Nomie auum referẽs: aio manibusq; parẽtem.
Qui quondã castra vt danaũ speculator adiret:
Ausus pelidæ precium sibi poscere currum
Illum tydides alio pro talibus ausis
Affecit precio: nec equis aspirat achillis:
Hunc procul vt cãpo turnus prospexit aperto
Ante leui iaculo longum per inane secutus
Sistit equos biiuges: & curru desilit: atq;
Semianimi elapsoq; superuenit & pede collo
Impresso dextræ mucronẽ extorquet: & alto
Fulgentem tixit iugulo: atq; bæc isuper addit
En agros: & quam bello troiane petisti:
Hesperiam metire iacens: bæc præmia qui me:
Ferro ausi tentare ferunt: sic mœnia condũt:
Huic comitem buten coniecta cuspide mittit.
Chloreaq; sibarimq; daretaq; tbersilocumq;
Et sternacis equi lapsum ceruice thymœtẽ:
Ac veluti edoni boreæ cum spiritus alto
Insonat ægeo: sequiturq; ad littora fluctus:
Qua vẽti icubuere: fugam dat nubila cœlo:
Sic turno quacunq; via secat: agmia cędunt
Conuersęq; ruunt acies: fert ipetus ipsum:
Et cristam aduerso curru quatit aura volãtem

Non tulit

Non tulit instantē phegeus animisq; frementē
Obiecit sese ad currum: & spumantia frenis
Ora citarorum dextra detorsit equorum:
Dum trahitur pēdetq; iugis hunc lata rectum
Lancea consequitur: rumpitq; infixa bilicem
Loricam: & summū deguſtat vulnere corpus.
Ille tamen clypeo obiecto cōuersus in hostem.

DO. Sanguineus. non ipse: sed qui aliis sanguinem effundit.

CHRI. Hebri. flumē thracie cui⁹ hostium nobilitatū est tumulo Polydori. Mauors: nam thracia vt dictū est ei attribuitur.

Equos. scilicet dimum & phouum. Ante noios. quia celeritate præuenit. Dei comitatis. nā insidiæ met⁹ discordia & ire comites sunt bellantiū. Hunc congressus. Vt varietate omne auditoribus tedium fastidiumq; auferat. En agros. amara & hostilis īsultatio

& temere effusa. Non enim decet virum excelso animo præstantem ita efferri præsertim marte adhuc dubio. Non t. in. vt rem variet: neq; omnes Turno cedentes inducat: hunc repugnantem facit.

Ibat: & auxilium stricto mucrone petebat:
Quem rota præcipitē & procursu cōcitus axis
Impulit: effuditq; solo. turnusq; secutus
Imam inter galeam summi thoracis & ora:
Abstulit ense caput: truncūq; reliquit harena.
Atq; ea dum campis victor dat funera turnus:
Interea æneam mnesthеus & fidus achates
Ascaniusq; comes castris statuere cruētum
Alternos longa nitentem cuspide gressus
Sæuit: & infracta luctatur harundine telum
Eripere: auxilioq; viam quæ proxima poscit
Ense secent lato vulnus: teliq; latebram
Rescindant penitus: seseq; in bella remittant.
Iamq; aderat phebo ante alios dilectus iapis
Iasides: acri quondam cui captus amore
Ipse suas artes sua munera lætus apollo:
Augurium cythariq; debat: celeresq; sagittas
Ille vt depositi proferret fata parentis:
Scire potestates herbarum vsumq; medēdi
Maluit. & mutas agitare inglorius artes
Stabat acerba fremens ingētem nixus in hastā
Aeneas magno iuuenum & mœrentis iuli:
Concursu lachrymisq; immobilis: ille retorto.
Pæonium in mortē senior succinctus amictu
Mſta manu medica phœbiq; potētib⁹ herbis.
Ne quicq; trepidat: ne quicq; spicula dextra
Sollicitat: prensatq; tenace forcipe ferrum.
Nulla viam fortuna regit: nihil auctor apollo
Subuēit: & sæu⁹ cāpis magis ac magis horror
Crebrescit: propiusq; malū est iā puluere cœlū
Stare vident: subeunt equites: & spicula castris
Densa cadūt mediis: it tristis ad æthera clamor
Bellantū iuuenum & duro sub marte caderitū.

SER. Procursu. Impetu: & est vna pars ōrionis ꝓcursus. Sæuit. quia nō potest. s. in bella ꝓcedere. Ense secent lato vulnus. animū viri fortis expressit. Iapis. Aptum nomē medico: nā ἰᾶτρεύειν dicunt curare. Auguriū citharamq; dabat vera lectio est dabat nāq; non dedit. Sane per cytharam scie̅tiam indicat harmoniæ. Vt depositi. desperati: nam cōsuetudo erat vt desperati ante ianuas suas collocarentur: vel vt extremum spiritum redderent terræ: vel vt possent a transeuntibus forte curari. qui aliquādo simili laborauerāt morbo. Cicero. Aegram & ꝓpe depositā reipub. partem. Potestates herbarū vim: possibilitatem: nam in herbarum cura nulla est ratio: vnde etiam ait mutas artes: licet alii mutas artes tactum venæ velit. Alii mutas artes musicæ comparatione. Vsumq; medēdi. Ε μπειρικην scie̅tiam hoc est medicinā in vsu non in ratione constantem. Inglorius. Comparatione sagittarū: & harmonie: & diuinitatis. Pæonium in morē. Medicinalē a Pæone: nam doricæ liguæ est Pæan: nam naturale est pæon. Nulla viam. Fortuna regit. nullus euētus rationē pstat.

Nihil auctor apollo. Medicinæ inuentor: Nā æsculapius præest medicinæ: quā Apollo inuenit. qui in Ouidio pro se ait inuentum medicina meū est. Propiusq; malum. ex fuga scilicet troianorum. Stare. plenum esse: & alibi Stat puluere cœlū. Indiguo dolore. Qui fuerat nat⁹ ex vulnere īdigne illato per insidias scilicet. Dictamum. Hæc herba licet vbiq; nascat̄: melior tamen in creta est. Puberib⁹ caulē foliis. hoc est adulti: sicut in q̄rto pubētes herbæ: & ē reciproca iter herbas & boies translatio: nam & pubertatem herbarum & florē iuuētutis vocamus. Faciem circundata. a parte em̄ totum corpus accipimus. Fusum amnem. pro aqua: a toto ptem sic supra Fontēq; ignemq; ferebāt. Ambrosiæ succos. ambrosia cibus est deoꝝ: nam nectar potāt. Panaceam. genus herbæ. Sciēdū tm̄ Lucretium panaceam vbiq; salem dicere: vnde possumus & hoc loco salem itelligere nam omnē pellit dolorē: sed melius herbam quia ait odoriferam. Quippe dolor. quasi dolor. cuius natura hæc est: vt adhibito remedio statim recedat: nā dolor consequens

est res non principalis: vñ sublata causa etiam ipse statim recedit. hic ait quippe: nam infusa aqua inhærens laxare cœpit telum: quod antea inferebat dolorem.

CHRI. Interea. Exornat narrationem suam: cum illam variet: & insperatos exitus tribuat. Ostendit autẽ & in ænea & in Turno quid possit fortuna: Nam & Turnus se se victorẽ: sperabat: & æneas omni pene spe destitutus erat: cum longe aliter esset euenturum: Vnde aurea sententia ẽ Senecæ: Nemo confidat nimium secundis: Nemo desperet meliora lapsis. Præterea: vt Turnum victoria insolẽtiorem q̃ oporteret ponit ita æneam quamuis spem amisisset: semper inuictum gerit animum. Adde postremum & illud quod deus bonis semper fauet. Violauerat turnus fœdera. at æneas dum illud obseruari curat: in calamitatem incidit. Qua propter meruit eius innocentia a deo subleuari præsente cum in se curando nullum dolorem subire recusaret. Dictamum. de hoc iam diximus: atque etiam de ambrosia. Panacea. de hac herba Plinius: Panaces ipso nomine omnium morborum remedia promittit numerosum: & diis & inuentoribus ad scriptum. Multæ eius species. vnum asclepion dicitur. quoniam is filiam Panaceam appellauit. Hac auulsa scrobem vario genere frugum repleri religio est & terræ piamentum. Id autem quod ex Macedonia effertur bucolicum vocant armẽtariis sponte erumpẽtem succum excipientib⁹: alterũ gen⁹ Heracleon vocant ab Hercule inuentum: Vocatur etiam Origanon heracleoticum. quoniam siluestri Origano sit simile. Tertium Chyroneon panaces dicitur ab inuentore: folium habet Lapato simile maius tamen & hirsutius: flos aureus. Quartum est centaurion ab eodem Chyrone repertum: Sed & Pharnaceon quoniam in controuersia est an sit a Pharnace rege deductum. Huius radix odorata est in vmbra siccata vino gratiam affert.

Panaces

SERVIVS. In pristina. In vsum priorem. Maior agit decus. Apollo inuentor medicinæ scilicet. Verumq; laborem. Quẽ per me ipse suscipio: non qui ex aliorum virtute: imperatoribus ascribi consueuit. Fortunam ex aliis. Subaudimus opta: neq; ẽm fortuna discitur: & est zeuma non integrum Inter præmia. Ad præmia. Cicero: Dico te priore nocte venisse inter falcarios Matura adoleuerit ætas. Adolescendo matura esse cœpit. Anteusq; mnesthеusq;. Seruauit τοῦπρῶτον: necesse enim erat vt vulnerato duce multi cum eo in castra remanerent. Miscetur. Modo confunditur: alibi perturbatur: vt Miscet agens telis inter frondea turbam. Aggere turnus. Eminẽtia: de via autem aggerem non possum⁹ dicere: nisi vie aggerem dicere voluerimus. id est viæ coaceruationem. quam historici viam militarem dicunt. vt Qualis sæpe viæ deprensus in aggere serpẽs. Atrum rapit agmen. Pulueribus nube coopertũ. Abrupto sydere. Magna tẽpestate: alibi Sorbet in abruptum fluctus. Item Scit triste mineruæ sydus. It mare per mediũ miseris. Statius pleni⁹ de hoc sensu Defluit sua dãna coloni: Et tamẽ oppressos miserant̃ in æquore nautas Ruet. Eruet: euertet: aliter dictum est in secũdo Ruet alto a culmine troia Talis: Taliter simili mõ: sic paulo post Similis medios iuturna per hostes. Rhœteius. troian⁹ a promontorio troiæ. Cuneis se quisque coa.

Tum venus indigno nati concussa dolore
Dictamum genitrix cretea carpit ab ida
Puberibus caulem foliis & flore comantem
Purpureo: non illa feris incognita captis
Gramina cum tergo volucres hæsere sagittæ.
Hoc venus obscuro faciem circundata nimbo
Detulit: hoc fusũ labris splendentibus amnem
Inficit occulte medicans: spargitq; salubris
Ambrosie succos: & odoriferam panaceam
Fouit ea vulnus lympha longeuus iapis
Ignorans: subitoq; omnis de corpore fugit
Quippe dolor: oĩs stetit imo vulnere sanguis
Iamq; secuta manum nullo cogente sagitta.

Excidit: atq; nouæ rediere in pristina vires:
Arma citi properare viro quid statis iapis
Cõclamat: primusq; animos accendit in hostẽ
Non hæc humanis opibus non arte magistra
Proueniunt: neq; te ænea mea dextera seruat.
Maior agit deus: atq; opa ad maiora remittit.
Ille auidus pugnæ suras incluserat auro
Hinc atq; hinc oditq; moras hastãq; coruscat:
Postq̃ babilis lateri clypeus loricaq; tergo est
Ascanium fusis circum complectitur armis
Summaq; per galeam delibans oscula fatur
Disce puer virtutem ex me: verumq; laborem
Fortunam ex aliis: nunc te mea dextera bello
Defensum dabit: & magna inter premia ducet.
Tu facito mox cum natura adoleuerit ætas
Sis memor: & te aĩo repẽtem exempla tuorũ.
Et pater æneas: & auunculus excitet hector.
Hæc vbi dicta dedit: portis sese extulit altis
Telũ immane manu quatiẽs simul agmine dẽso
Antæus mnesthеusq; ruunt: omnisq; relictis
Turba fluit castris: tum cæco puluere campus,

Miscetur

Miſcetur: pulſuq; pedum tremit excita tellus.
Vidit ab aduerſo venientes aggere turnus:
Videre auſonii: gelíduſq; per ima cucurrit
Oſſa tremor: prima ante omnes iuturna latíos
Audíit agnouitq; ſonũ: & tremefacta refugit.
Ille volat: campoq; atrum rapít agmen aperto:
Qualis vbí ad terras abrupto ſydere nimbus
It mare per medium: miſeris heu præſcia longe
Horreſcunt corda agrícolis: dabit ille ruínas
Arboribus ſtragemq; ſatis ruet omnia late
Ante volant: ſonitumq; ferunt ad líttora venti
Talís in aduerſos ductor rhœteius hoſtes
Agmen agit: denſiq; cuneis ſe quíſq; coactís
Agglomerãt: ferit enſe grauẽ thymbreus oſirí:
Archetiũ mneſthe⁹ epulonẽ obtrũcat achates
Vfentemq; gyas: cadit ípſe columníus augur:
Primus in aduerſos telum qui torſerat hoſtes.
Tollítur in celum clamor: verſiq; vicíſſim
Puluerulenta fuga rutuli dant terga per agros.
Ipſe neq; aduerſos dignatur ſternere morti
Nec pede congreſſos æquo nec tela ferẽtes
Inſequitur: ſolum denſa calígine turnum
Veſtigat luſtrans: ſolum in certamina poſcit.
Hoc cõcuſſa metu mentem iuturna vírago
Aurigam turni media ínter lora metíſcum
Excutit: & longe lapſum temone relinquit.
Ipſa ſubit: manibuſq; vndãtes flectit habenas.
Cũcta gerẽs vocẽq;: & corpus & arma metíſci
Nigra velut magna domini cum diuítis ædes
Peruolat: & pennis alta atria luſtrat hirũdo
Pabula parua legens nidíſq; loquacibus eſcas
Et nunc porticíbus vacuís: nunc humida circũ
Stagna ſonat: ſimílis medíos iuturna p hoſtes
Fertur equís: rapidoq; volãs obit omĩa curru.
Iamq; hic germanũ: iãq; hic oſtendit ouantem
Nec conferre manum patít̃: volat auía longe.
Haud minus æneas tortos legit obuíus orbes
Veſtigatq; virũ: & deiecta per agmina magna
Voce vocat: quotiẽs oculos cõiecit in hoſtem:
Alipedumq; fugam curſu tentauit equorum.
Auerſos totiens currus iuturna retorſit.
Heu qd agat: vario ne quicquã fluctuat æſtu:
Diuerſæq; vocant animum in contraria curæ.

Agglomerãt. Denſent̃ vt cuneatim dimícent: ſcilicet in cuneo⁹ modum compoſití.

Tollít̃ in cœlũ clamor. Occíſo eo: qui auctor dirũpendi fœderis fuerat: exort⁹ eſt clamor: & ſtatim ſecuta fuga rutulo⁹: vt Verſi ꝙ vicíſſim. Puluerulẽta fuga rutuli dãt terga p agros. Nec tela furẽtes inſequit̃. Id eſt nec cõtra ſtãtes nec fugientes deſignat̃ occídere: & magna Aeneæ oñditur pietas: q nec vulnerat⁹ iraſcit̃: vt velit cõtra legẽ fœderis in bellũ moueri. Virago. virago dr̃ mulier: quæ vírile implet officium.

CHRI. Lapis cõclamat. Nã maior fides medico. in hoc ꝙ æneæ dãda erat. Opera ad maiora. Optia em̃ cõiectura erat æneam debere magna móliri: poſtꝙ deorum cura ſeruatus erat. Fruſtra enim ſeruaſſent ſi paulo poſt erat perítur⁹. Prebet igit̃ magnã ſpem futuræ victoríæ. Auidus. Quaſi dicat: ſua ſpõte cupiebat: ſed verbis medici magis icẽ debat̃. Diſce puer virtutẽ. Nõ glorioſi eſt homís: ſed optimi patris qui ſuo exẽplo fílium ad virtutem excitare cupit. Licet enim gloriari parentẽ: vt filium incẽdat ad eandẽ gloriã acquirendam. Portis. Caſtro⁹ quoe altæ erant propter aggerẽ & foſſam. Simul agmine denſo. Nam qui paulo añ fugiebãt ſaucio ip̃eratore: nunc eodem in bella redeunte ſrequẽtes alacreſq; ſequuntur. Eos aũt qui ſequuntur & plurimos eſſe: & cum ipetu egredi oſtendit poeta plurib⁹ verbis: Nã turba multitudo indiſtincta eſt: & ruit habet ímpetum. & fluere ſeriem hominum contínuatam vt fluuius eſt: oſtendit. Relictis caſtris. Hoc eſt ab omnibus deſertis. Indubitata enim victoria omnem curam ſeruando⁹ caſtrorum remouerat. Ipſe neq; aduerſus. Tanꝙ qui fœdus ꝙus ab hoſte violatum ſeruaturus in ſolum Turnum feratur.

SER. Aedes peruolat. per ædes volat. Nam more ſuo verbo dedit detractam nomini præpoſitionem. Vacuís. Magnís. vt Vacua atria luſtrat Saucius. Nec conferre manum. Cum ænea nam alios perſequítur.

Auia. Ab ea ſcilicet parte qua vẽiebat æneas. Tortos orbes. Obliquas & implicitas vías. Veſtigatq; virum. Inquirit. trãſlatio a canib⁹ qui per veſtígia & pedum ſigna feram indagant. Deiecta per agmina. diſſipata aduentu æneæ. Heu quid agat. Oñe aduerdiũ verbo coberet. vñ heu & at at & ſimília quía verbo cohærere nõ poſſunt. ſeparatim fecerunt aliam partẽ oſonis: ſcilicet interiectionẽ: quã ſola latinitas poſſidet. Huic. Pro in hunc: & eſt ordo: huic dirigit. Se collegit i arma. Ita ſe rexit. vt nulla pte poſſit ferírí. Apicem tñ incita ſummũ. Galeæ eminentiam quã græci conũ vocant: in qua emĩnent criſtæ. Multa Iouẽ & læſi teſtat̃ fœderís aras. licet baberet cauſã iracũdíe: q̃d & fugiebat Turn⁹: & ipſe appetebat̃ inſidiis. nõ tñ añ prorupit ille in bellũ: ꝙ Iouis fidem &

læsa fœdera testarẽ. Nullo discrimĩe cædẽ
suscitat.idiscrete obtruncat vniuersos: qui-
bus aũ pari pepercerat modo. Irarum effũ
dit habẽas.potestatẽ:facultatẽ:vtEt p̃meret
& laxas sciret dãr iussus habẽas. & hic mo-
derate locut? est.nã Enni? Effũdit iraq; qua-
drigas dixit Quis mihi nũc tot acerba de?
ac si diceret nec musa nec apollo sufficiũt Sta
ti?: Maior ab aoniis sumenda audacia lucis
Mecũ oẽs auderet deæ.Inq; vicẽ.nãq; vacat
Tanton pla.cõ. apostrophe ad iouẽ: Sane
tanton on circũflectit: Nam cũ per apostro
phã apocopẽ verba patiũt: is q in integra
pte fuerat pseuerat accet?:vt tãtone. inde fit
tãton. Ruentes teucros.quos insequebat
Turnus. Crudũ ensem.modo durũ: alias
crudelẽ. Et crates pectoris.Donat?supflu-
am vult esse coniunctionẽ:& vt sit epexege
sis adigit ensem per costas.i.pectoris crates:
vbi celerius fata cõplent: & hoc est qđ ait su
pra:Haud multa morat. Amicum fratrẽ
q; diorem.bi duo duces sunt etiã supr̃ memo
rati: vt Nunc amyci casum ge.itẽ Et nũc ter-
cia palma diores: vñ ad terrorẽ populi eorũ
capita religabant in curru. Curru autem aut
septim? casus est:aut datiuus antiquus secũ-
dũ regulã:ne sit maior a noiatiuo plurali.

CHRI. Ipsa subit.turpe eñ fuisset Tur-
no si sua spõte subterfugia quesisset. Parua.
nã muscas legit. Loq;cib?:ipropria locutio,
i.garulis. Iãq;.hic g. Sæpe ducebat germa-
nũ i cõspectu æneæ:ne fugere videret. Dein
de ne man?cõferre cogeret diuertebat. Tu
vero iã satisfecerat fœderi: & sæpi? iniustissi-
me lacessitus nõ poterat nõ vlcisci iniurias.

Quis.cũ sũmo stupore pronũciandũ:qua-
si dicat:non possunt hæc exprimi. Aeterna
gentes in pace futuras Nam ex duobus po
pulis vnus erat futurus.

SER.Mœstũ onytẽ.naturaliter tristẽ.sæue
rũ quẽ græci ἐγέλαστόν dicunt: Mittit
ãt sociũ supr̃ memoratis: sane onytẽ Donat?
dicit aut gẽtile aut patronymicon: vt nomẽ
eius ꝓpriũ sit Echionius: sed hoc nõ ꝓcedit
quia nec patronymicõ in tes exit: nec Ony-
tes a qua gente veniat vsquã lectũ est. Pro-
priũ ergo ẽ:& sequẽs versus erit nomẽ echi
onium id est thebanã gl'am per peripbrasim
Nam echionii sũt thebani a rege Echione.
Vñ male quidã legunt nomen echionium.
Matrisq; gen?peridiæ.pipbrasis.hoc est filiũ
peridiæ.Lycia missos & apollinis agris.
Vacat &:nam per ἑτεροκλησιν lycia arua
Apollis dixit: vt Nũc lyciæ sortes. Exorsũ
n.q.b.Sic supra Iniecere manum parce.nam
per transitum oñdit vrgentib? fatis eum ad
bella deductũ.quæ ne quicq; semp vitare cu
piebat. Hunc autẽ Menoetẽ oriundo arca-
dẽ fuisse itelligim?:sed habitasse circa argos
nam lerna palus argiuor: i qua eum dicit so
litum fuisse piscari.nam hoc significat Pisco-
sæ cui circũm flumina lernæ ars fuerat.

Huic mesapus vti leua duo forte gerebat
Lenta leuis cursu præfixa hastilia ferro:
Horum vnũ certo contorquens dirigit ictu
Substitit æneas:& se collegit in arma
Poplite subsidẽs:apicem tñ incita summum
Hasta tulit:sũmasq; excussit vertice cristas.
Tum vero assurgunt iræ insidiisq; subactus
Diuersos vbi sensit equos currumq; referri
Multa iouem & læsi testatus fœderis aras
Iam tandem inuadit medios:& marte secundo
Terribilis sæuam nullo discrimine cædem
Suscitat:irarumq; omnes effundit habenas
Quis mihi nũc tot acerba de?:qs carmĩe cæde
Diuersas:obitumq; ducũ:quos æquore toto
Inque vicem nũc turnus agit: nũc troius heros
Expediat: tanton placuit concurrere motu
Iuppiter æterna gentes in pace futuras:
Aeneas rutulum sucronem:ea prima ruentes
Pugna loco statuit teucros baud mĩta morat?:
Excipit in latus: & qua fata celerrima crudum
Transadigit costas & crates pectoris ensem
Turnus equo deiectum amicũ fratrẽq; diorẽ:
Cõgressus pedes: hunc venientẽ cuspide lõga:
Hunc mucrone ferit:curruq; abcisa duorum
Suspendit capita: & rorantia sanguine portat.
Ille talon tanainq; neci sortemq; cethegum
Tris vno cõgressum: & mœstũ mittit onytem:
Nomen echionium: matrisq; genus peridiæ:
Hic fratres lycia missos & apollinis agris:
Et iuuenem exosum ne quicq; bella mænœtẽ
Arcada piscosæ qui circum flumina lernæ.
Ars fuerat pauperq; domus: necnota potentũ
Munera:conductaq; pater tellure serebat.
At veluti immissi diuersis partibus ignes
Arentem in siluam & virgulta sonãtia lauro:
Aut vbi decursu rapido de montibus altis
Dãt sonitũ spumosi amnes: & ĩ æquora currũt
Quisq; suum populatus iter: nõ segnius ambo
Aeneas turnusq; ruunt per prœlia: nunc nunc:
Fluctuat ira intus:rumpuntur nescia vinci
Pectora: nunc totis in vulnera viribus itur:
Murranũ:hic atauos & auor antiqua sonãtem
Nomĩa per regesq; actum genus oñe latinos.

Præcipitem

Præcipitem ſcopulo atq; ingenti turbiue ſaxi
Excutit:effūditq; ſolo: būc lora & iuga ſubter
Prouoluere rotæ crebro ſuper vngula pulſu
Incita:nec domini memor; proculcat equor;.
Ille ruenti bilo animiſq; immane frementi
Occurrit:telumq; aurata ad tempora torquet.
Oli per galeam fixo ſtetit baſta cerebro
Dextera:nec tua te graiũm fortiſſime creteu
Eripuit turno:nec dii texere cupentum
Aenea veniente ſui:dedit obuia ferro
Pectora:nec miſero clypei mora profuit æris:
Te quoq; laurentes viderunt æole campi
Oppetere:& late terram conſternere tergo.
Occidis argiuæ quem non potuere phalãges
Sternere:nec priami regnor; euerſor achilles

Pauperq; om⁹.hic & hæc paup dicimu⁹: nã paupera vſurpatũ eſt: ſic Plaut⁹ Paupera eſt mulier: ſed hoc hodie non vtimur: ea eñ noia q̃ ablatiuo ſingulari in e exeũt: ſi fœminina ex ſe faciũt heteroclita.i.alteri⁹ dediationis eſſe nõ poſſunt: vtputa qa ab hoc hoſpite facit hic & hæc hoſpes dicam⁹ neceſſe eſt: Luca. Hoſpes i externis audiuit curia tectis Ab hoc leõe hic & hæc leo: ab hoc latrõe hic & hæc latro: ab hoc fullõe hic & hæc fullo: ab hoc nepote hic & hæc nepos: nã vt nept⁹ dicam⁹ per ſucceſſiõis diſcretionẽ admiſſũ eſt. Sciendũ hoſpita: paupa: leæna: lea vſurpata a poetis. Potẽtum munera. obſequia: quæ pauperes diuitib⁹ loco munerũ ſoluũt. Arẽtem in ſiluã. pro aridam Dant ſonitum ſpumoſi amnes. Bellum ſemp icendio & flumínibus cõparat. ſic in ſecundo in ſegetem veluti cum flãma furentib⁹ auſtris Incidit: aut rapidus mõtano gurgite torrẽs. Neſcia vi á pectora. Horati⁹: Pelidæ ſtomachũ cedere neſcii. Murranũ hic attauos & noia. hoc eſt cuius noie maiores omnes murrani dicti ſunt: & reges fuerunt: vt Per regeſq; actum genus omne l. Scimus enim plerumq; ſolere fieri vt primi regis reliqui nomen etiam poſſideant: vt apud romanos Auguſti vocantur: apud albanos Siluii: apud perſas Arſacidæ: apud egyptios ptolomei: apud Athenienſes Cecropidæ. Vñ ſupfluum eſt qđ ait Donatus debere nos accipere interẽptum eſſe Murranũ: dum auo & octauo Turni tm̃ cõmemorat: & effert laudibus maximis Per regeſq; actum gen⁹ oñe la. Hora. & nepotũ per memores gen⁹ oñe faſtos. de Lamo.

Nec dñi memor; proculcat equorum. domini immemorum. Dextra nec tua te graium fortiſſime creteu eripuit turno: nec dii. t. c. Ita æneam comparat turno: vt eum ſuperiorem eſſe ſignificet: nam quẽ Turnus interemit: fortitudo ſua liberare non potuit: ei vero quem occidit æneas: ne ſua quidem numina prodeſſe potuerunt. Sane ſciendum Cupentum lingua ſabinorum ſocerdotem vocari. Late terram. aliud ex altero oſtenditur: nam per hoc corporis exprimitur magnitudo: vt ſtabant tercentum nitidi præſepib⁹ altis. Euerſor achilles. ſeparat achillem a græcis: vt reliquis danaum atq; immittis achilli.

CHRI. Nunc nunc. Quaſi dicat. & ſi ante vterq; furebat: tamen oñe illud comparatione illius temporis nihil erat. Rumpuntur. ex nimia ira: nam ipſa indignatio inflat: & inflatio rumpit Neſcia vinci. Nam in quo eſt habitus fortitudinis is dediſcit omnen puſillanimitatem.

Hic tibi mortis erãt metæ: domus alta ſub ida
Lirneſſi domus alta: ſolo laurente ſepulchrum
Totæ adeo conuerſæ acies: omneſq; latini
Omnes dardanidæ mneſtheus acerq; ſereſtus
Et meſapus equum domitor: & fortis aſilas
Tuſcor;q; phalanx: euandriq; arcades alæ:
Pro ſe quiſq; viri ſumma nituntur opum vi:
Nec mora nec requies vaſto certamine tendũt
Hic mentem æneæ genetrix pulcherria miſit
Iret vt ad muros vrbiq; aduerteret agmen
Ocius: & ſubita turbaret clade latinos.
Ille vt veſtigans diuerſa per agmina turnum:
Huc atq; huc acies circũtulit aſpicit vrbem
Immunen tanti belli: atq; impunem quietam.
Continuo pugnæ accendit maioris imago
Mneſtheа ſergeſtumq; vocat fortemq; ſereſtũ
Ductores: tumulũq; capit quo cetera teucrum

SER. Mortis erãt metæ. i. mors q̃ meta erat & finis: nam metam finẽ vitæ dicim⁹ nõ mortis. Sciẽdum tamẽ hoc de Homero eſſe traſlatum: qui ait τέλος θάνάτοιο. hoc eſt finis mortis: nã in ipſa morte finis ẽ. Lyrneſi dom⁹ alta. Lyrneſos ciuitas eſt phrygiæ vñ fuit Briſeis: & per tranſitum docet neminẽ poſſe ſtatuta vitare. Cõuerſe acies. in bellum coactæ. Pro ſe q̃ſq; v. p qualitate viriũ ſuar;: ſic i qnto: p ſe q̃ſq; viri & depromũt tela pharetris. Sũma nitũt opũ vi. homiſtichium enniani. Mentẽ æ. g. p. m. c. vt q̃ faceẽ id poſſis noſtrã nũc accipe mẽtẽ. Et p. Perpetuum ẽ epitheto: nec ad negociũ ptinens: ſane bõa vſus eſt œconomia vt diceret iſtictu numis pfectũ eẽ æneã ad ciuitatis excidiũ: nã icõgruũ fuerat occupatũ bello p ſe tale cœpiſſe conſiliũ. Vrbiq̃. a. cõtra vrbẽ. Acies circũtulit oc⁹ o;. ſ. & bõa occaſiõe puenit ad id: vt æneas poſſit ciuitatẽ aſpicere. Immunẽ belli tanti. ſine oſticio dimicãdi: nam immunis eſt quæ nihil præſtat: quaſi ſine muneribus ſine muniis. Impune quietã. Quæ ſpecialiter debuit pœnas luere pp fœdus abruptũ.

Pugna accedit maioris ima. ſubaudis eũ.

Vt teucros superũ monitis summiqꝫ tonantis
Imperio buc vectos patereris daunia proles
Italia: & pactis ne quicqꝫ expellere tectis:
Disce iouem reuereri: & iussa facessere diuũ.
Magnũ etiã capit ira iouẽ: memoresqꝫ malorũ
Sollicitat vindicta deos: en vltima tanti
Meta furoris adest: quo contra iura fidemqꝫ
Iliacam rupto turbasti fœdere gentem.
Ecce suprema dies aliis exempla sub æuum
Venturũ missura iouem & temnere frustra
Fas sit: & indignos bellorum accendere motus
Nunc armis lætare tuis: beu nobile corpus
Turne iaces: at non tibi erit lauinia paruo
Nec dextra tamẽ æneæ cecidisse pudebit.
Nũc rutuli binc auferte ducẽ vĩm: arma virũqꝫ
Largior: atqꝫ omnẽ deflendæ mortis bonorẽ.
Sed quæ palantis fuerat ingentia balthei
Pondera transmittã euandro: vt solatia exso
Haud leuia boste ferat: turnoqꝫ exultet adẽpto
Vos memores tamẽ ausonii melioríb? vti
Discite bellorum auspiciis: ego sydera iuro
Nunqꝫ acies: nunqꝫ arma libens in plia mouí:
Sed vestris actus furiis defendere toto
Optaui: & licuit troianas robore partes.
Nec fatus plura æneas se lætus ad altos
Vertebat muros: & troia tecta petebat.
Vna ipsum teucrorꝫ omnis conuersa iuuẽtus
Exultans sequit̃: volucresqꝫ p ardua pedũ vi
Quadrupedes citat: incusans acri ore latinos:
Ignauosqꝫ vocãs: strepit altus plausibus æther
Et q̃uis inbumata rogis date corpora surgat
Ingens cura animo socioqꝫ imponere flamis
Maius opus tamẽ æneas sub pectore voluẽs
Primũ aris meritos supos mandabat bonores:
Tũ pingues patrios iugulãt ex morte iuuẽcos.
Immittuntqꝫ sues: niueasqꝫ in templa bidentes:
Purpureã effuso pulsantes sanguine terram.
Viscera diripiũt: & cæsim in frustra trucidant.
Denudãtqꝫ gregẽ: & flamis verubusqꝫ remittũt
Tum vina effundunt patberis: & dona lyei
Accumulant: plenis venerant̃ lancibus aras.
Thura ignes adolent. onerata altaria fumant.
Tũ plausus per tecta mouẽt: magnũqꝫ tonantẽ
Extollunt: veneremqꝫ: & te saturnia iuno
Iam placidã: & meliorẽ ingenti laude fatenẽ
Mauortẽqꝫ ipsum: tamẽ extera turba deorum
In mediũ efferẽ summis cum vocibus altis
Perlata ad cœlos: ante omnis gratior vnus
Aeneas duplices mittebat ad æthera palmas:
Et puerum pauca ore dabat complexus iulum
Nate in quo spes vna patris p tanta laborum
Quem variis actus fatis discrimina duxi
Ecce inuẽta quies: ecce illa extrema malorũ
Erumnis factura modũ acceptissima semp
Atqꝫ optata dies: quã dura in bella vocatus
Sæpe tibi diis auspicibus me meminisse futurã
Iam memini: nũc te q̃primũ aurora rubebit
Crastina sublimẽ rutulorũ ad mœnia mittã:
Debinc sese ad gentẽ iliacam voluebat: & alto
Pectore verba trabens blãdo est sic ore locutus
O socii p dura ac densa pericula vecti
Per tantos bellorũ æstus: dupliceſqꝫ furores
Armorũ: per totqꝫ byemes: p quicqd acerbum:
Horrendũ: graue: triste: ingens: p qcqd iniquũ:
Infaustũ: & crudele foret: couertice mentẽ
In melius: iam finis adest: bic meta malorũ
Stabit: & optatam latia cum gente quietem
Iungemus: dabit inde mibi lauinia coniunx
Bello acri defensa italo cum sanguine mixta
Troianam transferre æterna in sæcula gentem.
Vnum oro socii ausonios cõmuniter æquo
Ferte aio: & vosmet socero obseruare latino.
Sceptrũ idẽ sublime gerent. sentẽtia mentẽ
Hæc habet: at bello vos: & præstantibus armis
Discite me: & pietate sequi: quæ gloria nobis
Cesserit in ꝓmptu ẽ: sed cœlũ & sydera testor
Qui vos tantorꝫ eripui de clade malorũ:
Idem ego sub maiora potẽs vos præmia ducã.
Talibus orabat. varioqꝫ in pectore casus
Præteritos voluens: partamqꝫ labore quietem
Haud paruo: nimiũ ardenti exundabat amore
In teucros: grauibus tandem euasisse periclis
Exultans: velut exiguis cum ex æthere gyrans
Incubuit pullis: & magno turbine miluus
Insiliens auido ore furit: stragẽqꝫ minat̃.
Tum cristata ales ꝓculso pectore mater

Consurgit misero gnatorum exterita casu.
Rostrum iacuit:totisq; petit conatibus hostē:
Et multa expulsum vi tandem cedere cogit
Debinc pturbatos crocitās exquirit:& omnes
Attonitos cogit pro caris anxia gnatis.
Et tanto ereptos gaudet superesse perido
Non secus anchisa genitus mulcebat amicis
Troianos dictis:antiquū corde timorem
Flagrantisq; agitans curas:& gaudia longis
Tandem parta malis:& quæ perferre molestū
Ante fuit:meminisse iuuat.verum altior idem
Ingenti:& clara æneas supeminet omnes
Virtute excellens:& pro tot numina donis
Exorat:summisq; iouem cum laudibus effert.
Interea rutuli:magnū:& miserabile funus
Exanimūq; ducem tulerant sub tecta frequētes.
Correpti mœrore animos:largumq; pluentes
Hymbrem oculis:& iam lato clamore latinū
Defessum:& varios agitantem pectore casus
Cōplerant:qui postq; altos crebrescere questus
Et turnum ingenti confossum vulnere vidit:
Haud tenuit lachrymas:debic mœstū lenit agmē
Corripuit manibus verbisq; silentia ponens.
Ceu spumantis apri quādo per viscera dentes
Fulmineos canis excepit præstātior omni
Ex numero:tunc infausto perterita casu
Cætera turba fugit latrantū:atq; ore magistrum
Circūstans querulo pauitat:magnoq; vlulatu
Infremit:ac cōmota manu dominiq; iubentis
Ore solet:gemitūq; premit:sesecq; coercet.
Haud aliter rutuli suppressa voce querūt.
Tunc sic illachrymans rex alto corde latinus
Verba dabat:quātos humana negocia motus
Alternasq; vices miscent quo turbine fertur
Vita hominū o fragilis damnosa supbia scæptri
O furor o nimiū dominādi innata cupido
Mortales quo cæca vehis:quo gloria tantis
Inflatos transfers animos quæsita periclis:
Quot tecū insidias:quot mortes:quāta malorū
Magnor̄ tormēta geris:quot tela:quot enses
Ante oculos si cernis habes.heu dulce venenū
Et mūdi letalis bonos:heu tristia regni
Munera:quæ haud paruo cōstent:& grādia rer̄
Pondera:quæ nunq; placidā ꝓmittere pacem
Nec requiē conferre queant.heu sortis acerbæ
Et miseræ regale decus:magnoq; timori
Suppositos regum casus pacisq; negatos
Quid turne ingenti ausoniā mouisse tumultu
Et dura æneadas turbasse in bella coactos.
Quid iuuat & violasse sacræ promissa quietis
Pignora:quæ tibi tanta aio impatiētia venit:
Vt matrē cum gente deum:iussuq; tonantis
Huc vecta gereres:& nostris pellere tectis
Vltro instans velles:natæq; abrumpere fœdus
Pollicitæ genero æneæ:& me bella negante
Dura mouere manu:quæ tanta insania mentē
Implicuit:quotiens te in sæui martis euntem
Agmina sublimēq; in equo & radiātibus armis
Tentaui reuocare:& iter suspendere cœptū
Corripui:& pauitās cedentē in limine frustra.
Inde ego quāta tuli:testant̄ mœnia tectis
Semirutis magnisq; albentes ossibus agri.
Et latium toto vacuatum robore:& ingens
Exitium fluuiisq; humana cede rubentes.
Et longi tepidisq; metus:duriq; labores
Quos totiens senior per tanta pericula cœpi.
At nūc turne iaces:vbi nam generosa iuuentæ
Gloria:& excellens anim?:quo splēdidus altæ
Frontis honos:quonā illa decēs frōtis imago:
Ab quātas dauno lachrymas acresq; dolores
Turne dabis:quāto circūfluet ardea fletu
Sed nō degeneri & budibundo vulnere fossum
Aspiciet:saltem hoc miseræ solamen habebit
Mortis:vt æneæ troiani exceperis ensem.
Hæc fatus lachrymisq; genas impleuit abortis.
Tum sese ad turbā voluēs:miserabile corpus
Attolli:& caram mœsti genitoris ad vrbem
Deferri:atq; pios fieri mandabat honores.
Mox circūfusi rutuli lato agmine cæsum
Sublimē ingenti iuuenem posuere pharetro:
Multa super teucrum raptorū insignia secum
Et galeas:& equos:ensesq; & tela ferentes
Post currus phrygia sudantes cæde sequunt̄.
Ite lachrymās & ducis equū docta arte metiscus
Rorantē:& fletu maḍidū qui vixerat ante
Victorē turnū:atq; hostili strage furentem.
Hinc alii versa arma gerunt:tum extera pubes
Flens sequit̄:largisq; humectat pectora guttis.
Et iam fessi ibant per mura silentia noctis
Cedentis sese:gressumq; intecta latinus
Flexerat ingenti turbatus funere mentē
Vna omnes lachrymas:matres pueriq; senesq;
Fundebāt mœstā implentes mugitibus vrbē.
Inscius ad tantos daunus supesse dolores
Et gnatum extremo cōsumptū marte superbā
Effudisse animā:largisq; ad mœnia duci
Cum lachrymis:alios gemitus curasq; fouebat
Nāq; ex diuersa caderent dum parte latini:
Et calido turnus fœdaret sanguine terram
Vrbem ingens flama:& muros inuaserat altos
Fumabatq; rutis miseri patris ardea tectis:
Et tota in cinerem vergebat:& astrat fauillæ
Altiuolæ implebant:nec spes plus vlla salutis
Siue quidē sic diis placitū est:seu præsentia turni
Signū vt fata darent:borrēdo marte pempti.
Ex templo concussi animos:turbataq; ciues
Pectora cedētes miserandæ sortis iniquū
Deflebant casum:longoq; ex ordine matres
Ataq; auidos totis fugiebāt viribus ignes.
Ac veluti cum nigra cobors posuere sub alta
Arbore:& infixa radice cubilia longo
Formicæ instantes operi.sin dura securis
Incūbat:versosq; infringat culmine paruas
Sæua casas:mox certatim sese agmine sparso
Corripuit:mœstaq; fuga:trepidæq; ferunt̄
Et velut ignitum testudo euersa calorem
Cum sensit luctata diu:pedibusq; renitens
Caudā agitansq; caput magna vi cedere tentat.
Aestuat:& multa insidians conamina miscet.
Haud aliter miseri p tanta pericula ciues
Jactabant sese:& turbata mente ferabant.
Ante omnes senio confectus ad æthera voces
Fundebat querulas daunus:superosq; vocabat
Tum vero e mediis visa est consurgere flamis
Percussisq; ales volitare per aera pennis
Indicium nomēq; vrbis versæ ardea seruans:
Et cui sublimes

Et cur sublimes stabant in mœnibus arces
Mutata effusis nũc circum labitur alis.
Attoniti nouitate omnes: monitisq; deorum
Haud paruis confusi humeros atq; ora tenebãt
Atq; daunus patriæ ardenti cõcussus amore
Euersæ: duros gemitus sub corde premebat.
Hæc inter magno volitans prænũcia motu
Fama ruit: latisq; animos clamoribus implet
Aduentare nouum multo cum milite funus:
Et turnum exanimẽ: & letali vulnere victũ.
Mox turbati omnes nigras duxere frequẽtes
Intensas ex amore faces: ardentibus agri
Collucent flamis: debinc se veniẽtibus addunt.
Quos postq; toto videre ex agmine matres
Percussus vocem palmis ad æthera tollunt.
At daunus cari vt patuerũt funera nati
Substitit: & demũ ingenti correpta dolore
Ora mouens mediũ sese furibundus in agmen
Proripuit: turnũq; super prostratus & hærens
Q̃ primũ fari potuit: sic edidit ore
Nate patris dolor: & fessæ miseranda senectæ
Rapta quies quo me tantis iactare periclis
Duxisti: & sæuis tandẽ deuicte sub armis
Quo tua me prestans animi constantia vexit.
Hic daræ virtutis bonos: & gloria sceptri:
Hoc magni decus imperiũ: tales ne triumphos
Nate refers: hæc illa quies promissa parenti
Afflicto: totiens: hæc meta optata laborum.
Heu miserũ q̃ præcipites labentia casus
Sæcla agitant: quãto voluũtur fata tumultu:
Qui iam sublimes referebas clarus honores:
Et magnus toto in latio: quem troes in armis
Horrendũ: & trepidi totiens sensere furentẽ:
Nũc mi turne iaces miserandũ: et flebile corpus
Iã mutũ ẽ sine voce caput: quo pulchrior alter
Non fuit in tota ausonia: nec gratior vllus
Eloquio: nec quis positis ingentior armis
Nate vbi forma nitẽs: niueaq; in fronte serenus
Ille decor: dulcisq; oculorũ aspectus: & altæ
Sydereus ceruicis honos: his gloria martis
Contigit auspiciis: tali rediture paratu
Discedens voluisti auidis te credere bellis:
Heu mortẽ inuisam quæ sola vltricibus armis
Elãtos frenas animos cõunia toti
Genti sceptra tenens: æternaq; fœdera seruãs:
Quæ magnos puosq; teris quæ fortib⁹ æquas
Imbelles populisq; duces: seniumq; iuuentæ.
Heu mortẽ obscurã quæ causa indigna coegit
Eripere: atq; meũ crudeli vulnere natum
Afficere: o felix tam grato cædis amata
Successũ lætare tuæ quæ tanta dolorum
Fugisti monumenta grauisq; imania casus
Pondera. quid misero genitori plura paratis
O superi: natum rapuistis: & ardea flamis
Cõsumpta in cinere versa est: nũc æthera pẽnis
Verberat. ab me turne tua plus cæde cruenta.
Deerat adhuc sors ista patris suprema senectæ
At vero tali se res cum fœdere versant
Vt quẽ infecta furens miserũ fortuna morat̃
Illũ omni petat infrendens: & turbine cogat:
Dixerat: & multa illacbrymãs largo ore rigabat
Hymbre: trabẽs duros gẽit⁹ rabidosq; dolores
Qualis: vbi icubuit validus iouis vnguib⁹ ales
Et paruũ effuso diuulsit sanguine fœtum
Cerua videns: miseri turbant̃ funere nati
Postea lux latum splendore impleuerat obem.
Tunc pater infractos fatali marte latinus
Defecisse videns italos: totamq; potenti
Cedere fortunã æneæ: bellicq; tumultũ:
Ingentisq; animo curas & fœdera voluens
Connubii promissa suæ nateq; bymeneos.
Prestantes vocat electos ex agmine toto
Mille viros: qui dardaniũ comittent̃ ad vrbem
Spectatũ virtute ducem: iungitq; togatos
Multa oratores memorans: & euntibus vltro
Imperat vt quando auspiciis: monitisq; deorũ
Troianam miscere italo cum sanguine gentem
Expediant: placido interfint animoq; recusant:
Aeneadesq; vebant alta inter mœnia læti.
Interea ipse vrbem labefactã: & vulgus inerme
Componit: solidatq; animos: requiẽq; futuram
Spondet: & æternã ventura in secula pacem
Inde iubet meritos turba plaudente triũphos
Sublimesq; domos fieri regales honores.
Atq; alacris mouet vnanimes vt fronte serena
Occurrant genero veniẽti: & pectore toto
Excipiant gentem iliacã: magnisq; receptent
Plausibus: optatæq; offundant pacis amores.
Iãq; instructa cohors teucrorũ castra subibat
Cincta comas ramis oleæ: pacẽq; rogabat.
Q̃ bonus æneas ad se intra regia duci
Tecta iubet: causamq; viæ placido ore requirit
Tunc senior sic incipiens ardentia drances
Verbera mouet nimiũ erepti pro funere turni
Exultans: o troiane dux inclyte gentis
Glia spesq; pbrygũ: quo nec pietate: nec armis
Maior in orbe fuit: victi obtestamur: & omnes
Iuramus deosq; deas inuitus in vnum
Conflatũ vidit latium: & temerata latinus
Fœdera nec pbrygios vnq; turbauit bonores
Quin nate quando superũ sic vota ferebant
Cõubia: & generũ magno te optabat amore.
Sed quicq d tanto armorũ flagrante tumultu
Tantorũ furiisq; operũ: atq; laboribus actũ est
Id rapidus turni: & stimulis incensus iniquis
Confectusq; odiis furor attulit ille negantes
Inuitasq; dedit latias in prælia gentes.
Illũ omnis cõuersa cohors poscebat vt armis
Cederet: & magnũ sineret succedere pactis
Cõubiis anchisiaden: inde optimus ambas
Iungebat palmas defessa ætate latinus
Infractus: nimioq; ardentem marte rogabat:
Nec nostræ potuere preces inflectere durum:
Nec diuum portẽta animũ: quin acrius ignẽ
Spumabat ferus ore vomens: bellumq; ciebat.
At vero dignum inuenit pro talibus ausis
Exitum qui te tandem victore momordit
Nigrante pstratus humũ: nunc improb⁹ ædes
Tartareas visurus eat quæratq; sub imo
Nunc alias acheronte acies: alioq; bymenæos
Tu melior succede bonis laurentibus bæres.
In te omnis domus: & fessi inclinata latini
Spes iacet. vnũ omnes itali sup aurea mittũt
Sydera: & ingentẽ bello & celestibus armis

Extollunt:& vera canunt præconia voces.
Te grauiũ veneranda patrũ consultaq; turba:
Inualidiq; ætate senes:te læta iuuentus:
Et cupidæ matres:pueri:innuptæq; puellæ.
Vnanimes æquo ore volũt:turnũq; sub armis
Exultant cecidisse tuis:te tota precat̃
Ausonia & daris præstant̃ laudibus effert:
In te vnum conuersi oculi:pater ipse latinus
Iam senior sola hæc longeuæ munera vitæ.
Qui gnatam tibi iũgat habet: genericq; nepotes
Troianos italo admixtos in sæcula mittat.
Ergo age magne veni teucrorũ ductor:& altos
Ingredere:& celebres cape q̃s spõdem⁹ honore
Finierat:cũctiq; eadẽ simul ore fremebant:
Quos pius æneas bylari cũ fronte receptos
Prosequit̃ paucis:& amico pectore fatur.
Nec vos:nec placida solitũ sub pace latinũ
Arguerim:verum infesti violentia turni
Tantũ op⁹ haud dubito:et tãti discrimia martis
Conciuit:iuuenilis em̃ plus laudis amore.
Quicq d id est tamẽ ausoni nil pacta recuso
Cõubia:& sanctã æterno cum fœdere pacem
Iungere.rex idẽ imperiũ:& venerãda tenebit
Sceptra socer:statuẽq; mei mihi mœnia teucri
Et nomẽ natæ vrbis erit:socioq; penate
Adiiciam vos:cõmunes in sæcula leges:
Concordesq; ingenti animo mittetis amores:
Interea quid restat adhuc imponite flamis
Corpora:quæ duri miseranda insania belli
Arripuit:debinc q̃p primũ crastina surget
Clara dies:læti laurentia tecta petemus
Dixerat:& tanto affatu conuersa tenebat.
Ora simul:stupefacti omnes: & apertius ingens
Mirantes pietatis opus:mox robore toto
Congestas rapuere pyras:ignemq; repostis
Ciuibus imisere:altumq; sub æthera fumus
Euolat:atq; atris cœlũ sublime tenebris
Condit̃:inumeras ex omni rure bidentes
Glandi legosq; sues iugulãt pinguesq; iuuẽcos.
Immittũtq; rogis latos incendia campos,
Enudant:fremit impulsus clamoribus aer.
Iãq; sequẽs darũ extulerat lux aurea phœbũ.
Tunc teucri ausoniq; omnes mixto agmine læti
Cõsedere in equis:& gressũ ad tecta mouebat
Laurenti:atq; altis erectã mœnibus vrbem.
Ante omnes pius æneas:post ordine drances
Multa duci senior memorãs:debinc vnica ples
Ascanius:multũq; animi maturus aletbes:
Et grauis ilioneus mnesthbeusq; acerq; serestus.
Sergestus fortisq; gyas:fortisq; cloantbus.
Post alii mixtiq; itali teucriq; sequũtur.
Interea effusi stabant per mœnia ciues:
Sublimisq; alta statuebant laude triumphos
Troianã cupido expectantes pectore turbam.
Et iam aduentabant quos læta fronte latinus
Occurrens magna excepit comitante caterua.
At post q̃ medio venientem ex agmine vidit
Dardaniũ æneam haud vera illusit imago:
Nãq; omnes simul excellens atq; altior ibat.
Et late regalem oculis spargebat bonorem
Sydereis:tunc q̃primũ data copia fandi est:
Et voces capere atq; optatas iũgere dextras

Incipit:& prior affatur placido ore latinus
Venisti tandẽ:cupidum ne fixa fefellit
Spes animũ lux troianæ clarissima gentis:
Magnorũ quem iussa deũ tot casibus actum:
Italia & nostris voluerũt sistere tectis:
Q̃q; humana furẽs nimis ausa licẽtia sanctas
Turbarit leges:& diuum exciuerit iras:
Quin etiã inuictũ totiens meq; arma negantẽ
Tradiderit duri pferre pericula martis
Factũ etenim:sed nec paruo stat numina iustas
Indignata animis:misere vltritia pœnas.
Nũc age magne phrygũ ductor:q̃ ois origo
Seditionis abest:& tanti criminis auctor.
Connubiis succede:& ꝓmissis hymenæis.
Sunt mihi regna:iacent ereptis oppida muris.
Sola autẽ fessæ spes vnica nata senectæ
Te generũ:& natũ tempus cõplector in omne:
Quẽ contra bonus æneas rex maxime nullã
In te horum causam armorũ tantiq; tumultus
Crediderim:placidæ assueto sub tempore pacis
Et si qua est: pone hãc curã pater optime quæso
Nunc adsum:& patrẽ:& socerũ lætus in omnis
Accipio casus:magni mihi surgit imago
Anchisæ:& rursum ardebo genitoris amore.
Talibus orabant inter se:& tecta subibant
Regia:cum studio effusæ matresq; nurusq;
Longæuiq; patres stabãt iuuenũq; cohortes
Pulchra reuisentes troianæ corpora gentis
Ante omnes magnũ æneam:cupidoq; notabãt
Altum aio genus:& præstantẽ frontis honorẽ
Quæsitãq; alacres pacem optata quietis
Munera laudabant:ceu q̃ longus & ingens
Agricolas tenuit resolutis nubibus hymber
Suspensos:curuumq; diu requieuit aratrũ.
Tunc si darus equos spacioso limine titan
Laxet:& aurato cœlũ splendore serenat
Lætitia exundant:& sese hortant̃ agrestis.
Non secus ausonii tam læto in tempore rerum
Composuere animos:& iam rex alta latinus
Atria:regalesq; habitus intrarat:& vna
Optimus æneas:sequit̃ quem pulcher iulus:
Debinc itali mixtiq; phryges:tũ splendida lato
Applausu:& magno complet̃ regia cœtu.
Hæc inter matrũ innumera nurumq; caterua
In mediũ comitata venit lauinia virgo:
Sydereos deiecta oculos quã troius heros
Virtute & forma ingentem mirabile dictu
Vt vidit:primo aspectu stupefactus inhæsit:
Et secum turni casus miseratus acerbos
Qui haud pua spe ductus ouãs ĩ prælia tantos
Ciuisset motus:duriq; arsisset in armis:
Tum vero æterno iungunt̃ fœdera nexu
Cõubii:& multa canũt cum laude hymenæos.
Debinc plausus fremituq; altũ sup aera mittũt
Et lætam vocem per regia tecta volutant.
At fidum interea æneas affatur achaten.
Vadat:et andromachæ quõdã data mũeraveste
Intextas auro ferat:et quod sæpe solebat
Dum res troianæ stabant circũdare collo
Auratum gẽmis circũsceptũq; monile.
Præterea magnũ cratera in pignus amoris:
Quem priamus patri anchisæ donauerat olim

Nec mora

Nec mora iussa sequẽs pulcherria portat acha-
Munera:cũ socer ingentẽ cratera latinus (tes
Donatum capit:ac coiunx lauinia vestes
Atq; monile decẽs placido debinc pectore sese
Demulcẽt:variisq; trabũt sermonib9 boras.
Et iam tarda epulas fugientis tempora lucis
Poscebant:mox regali couiuia luxu
Effundunt latosq; alta intra tecta paratus.
Cõuenere omnes strato discũbere in ostro
Delicíis iussi: & dapibus se inferre futuris.
Dat manibus crystallus aquas: mẽsisq; reponũt
Flauentẽ cererem:tum læta fronte mnistrii
Innumeri magno distinguũt ordine curas.
Pars dapibus reficit mẽsas:pars pocula miscet:
Crateraſq; replet.nũc hac nunc voluitẽ illac
Turba frequẽs:varios miscẽtq; p atria motus.
At puerum pater inotis spectabat iulum
Luminibus:vultũ admirans moresq; latinus:
Et grauiter puerili ex ore cadentia verba:
Maturũq; animũ ante annos: & multa rogabat
Permixtas referens voces:debinc oscula figens
Dulcia complexũ manib9 iũctumq; fouebat.
Et nimiũ exultans fœlicẽ:& munere diuum
Donatum æneam pro tali prole ferebat.
Postq; epulis cõpressa fames:traducere longã
Incipiunt fando:& labentem fallere noctem:
Nunc duros troiæ casus genteſq; pelasgas:
Nunc fera laurẽtis memorãtes prælia pugnæ:
Quo primũ diffuse acies:quo tela vicissim
Pulsa loco:qui primus ouans inuaserit agmẽ:
Fulmineũq; ardens in equo madefecerit ensem
Præcipue tros æneas seniorq; latinus
Magnorũ heroum latiiq; antiqua potentis
Gesta recensebant:fugientẽq; borrida gnati
Arma fui saturnum italis latuisse sub oris.
Hinc latium dixisse:genusq; in mõtibus altis
Cõposuisse vagum:legesq;:& iura dedisse:
Et bacchi:& frugũ cultus:debinc tecta secutum
Esse paterna iouẽ:vtq; electra atlantide cretus
Iasio idæas cæso phrygiæ esset ad vrbes
Dardanus ex chorito multa cum gente pfectus
Vtq; insignẽ aquillã dono:& ioue prẽ supbus
Hectoreæ gentis signum:illustresq; tulisset
Primus auum titulos troiane stirpis origo.
Talibus atq; aliis inter se longa trabebant
Tempora:tum fremitus lætæq; per atria voces
Alta volant:strepitu ingenti tectũ oñe repletur
Dant lucem flamæ: & lato splendore coruscant.
Cõsurgunt phryges citbara resonãte sequũtur
Ausonii:& plausum ingeminãt:seq; agmie toto
Permiscẽt:variantq; pedes:raptumq; ferunt
Et iam festa nouem largo connubia luxu
Attigerant celebrata dies:tum maximus heros
Aeneas vrbem curuo signabat aratro:
Fundabantq; domos:& amictas aggere fossas
Ecce aũt fatu baud paruũ diffundere flamã
Ingentem:& fulgore leuem:& se nubibus altis
Miscentẽ summo lauinia vertice visa est.
Obstupuit pater æneas:dupliceſq; tetendit
Ad cœlum cũ voce manus:si iupiter vnq;
Gens monitis troiana tuis:terraq; mariq;:
Paruit imperijſq; libens:si numina vestras
Si merui coluiq; aras:per siquid agendum est
Quod restat:placidã fœlici afferre quietem
Augurio:& firmate:malisq; imponite finem
Talia iactantem circũstitit aurea mater
Se venerem confessa:almo & sic edidit ore
Gnate animo pone banc curã:& meliora capesse
Signa deum:gaudensq; bonis succede futuris.
Nunc tibi parta ges: nũc meta extrema malorũ
Nunc tandẽ optatã componũt sæcula pacem.
Nec flamã ad cœlos perlatã e vertice caræ.
Coniugis borresce:at constantẽ dirige mentẽ.
Nãq; erit illa tuũ celebri quæ sanguine nomen
Troianosq; auctura duces ad sydera mittat.
Hæc tibi magnanimos sublimi prole nepotes
Conferet:egregiis totum qui laudibus orbem
Cõplebunt:totũq; sua virtute potentes
Sub iuga victoresq; trabent: quos gloria sũmo
Oceanũ transgressa ingens æquabat olympo.
Quos tandẽ inumera ardens post illustria rerũ
Gesta deos factura vebet super ætbera virtus.
Hanc flamã ventura tuæ præconia gentis
Designant:boc omnipotens e culmine signũ
Sydereo dedit:at tantarũ in munere laudum
Quam statuis dicas a nomine cõiugis vrbem
Præterea sacros troia exardente penates
Ereptos compone noua intra mœnia:& altos
Infer ad æternũ mansuros tempus bonores.
Hi tibi mira feram tanto vrbis amore trabentẽ:
Vt vecti ad sedes alias loca prima latini
Sponte sua repetent:iterum:iterumq; reuersi.
O fœlix quẽ tanta manẽt:debinc pace tenebis
Sub placida gentẽ iliacam:post fessus:& æuo:
Confectus tandem elysias socer ibit ad vmbras
Succedes sceptro:atq; italis dominabere:leges
Cõmunes teucrisq; ferens:tum lætus ad altũ
Tẽ mittes cœlũ.sic stat sententia diuum.
Dixit:& inde leues fugiens se vexit ad auras.
Aenëas tanto stupefactã nomine mentem
Percussus:diuæ peragit mandata parentis:
Et iam compositos fœlici in pace regebat
Dardanidas:& iam decedens sceptra latinus
Liquerat:& pius æneas successerat:omnẽ
Ausoniam:lataq; potens ditione tenebat.
Iam parib9 phryges atq; itali se moribus vltro
Et socia ingenti firmabant pectora amore.
Concordiq; æquas miscebant fœdere leges.
Tum medio venus exultans se imisit olympo.
Ante iouem:& cõplexa pedes sic ore locuta est.
Omnipotẽs genitor q solus ab æthere summo
Cuncta moues: qui res hominũ curasq; recẽses
Dũ teucros traberet fortuna inimica recordor
Spondebas finem erumnis:rebusq; salutem.
Nec tua me promissa pater sententia fallit.
Nãq; omnes gaudere sacra tris pace per annos
Viderunt italiæ nullo discrimie partes.
Verum ad syderei missurũ culmina cœli
Pollicitus magnũ æneam:meritũq; ferebat
Illaturũ astris:quod nũc sub pectore versas:
Illamq; optat matura pollos æneia virtus
Olli hominũ fator atq; deũ dedit oscula ab alto
Pectore verba ferens quãtũ cytherea potentẽ
Aeneam æneadasq; omnes infessus amaui:

Et terra:& pelago:& per tanta pericula vectos:
Nosti:& sæpe equidē indolui cūmotus amore
Gnata tuo:tādemq; malis iunone secunda
Imposui finem.nunc stat sententia menti.
Qua ductorem alta phrygū succedere cœlo
Instituī:& firma est:numeroq; inferre deorum
Constat:& id concedo libens:tu si quid in ipso
Mortale est ad me:atq; astris ingentibus adde:
Quin si alios sua habet virtus:q laude penni
Accingant sese gestis prestantibus orbem
Exorrent:illos rursum super æthera mittā
Assensere omnes:superi:nec regia iuno
Abnuit:ad magnū æneam suadebat ad altum
Efferri cœlum:& voces addebat amicas
Tum venus aerias descendit lapsa per auras.
Laurentūq; petit vicina nuncius vndis
Flumineis vbi currit i æquora barūdine tectus
Tūc opus gnati abluere:& deferre sub vmbras
Quicq d erat mortale iubet de hinc læta recentē
Fœlicemq; animā secum super æra dixit.
Immisitq; æneam astris:quem iulia proles
Indigetē appellat:templisq; imponit honores.

Alcini versus.

De numero vatum si quis se ponat homerū:
Proximus a primo:tum maro primus erit.
Et si post primū maro ponat homerum:
Longe erit a primo quisquis secūdus erit.

Cornelii galli versus.

Temporibus lætis tristamur maxime cæsar
Hoc vno amisso quem gemo virgiliū
Sed vetuit relegi:si tu patiere libellos
In quibus æneam condidit ore sacro.
Roma rogat:pcibus eteni tibi supplicat orbis:
Ne pereant flamis tot monumēta ducum.
Atq; iterū troiam:sed maior flama cremabit
Fac laudes italum:fac tua facta legi.
Aeneamq; suum fac maior nūcius ornet.
Plus fatis possunt cæsaris ora dei.

P.V.Maronis bortulus.

Adeste musæ maximi proles iouis
Laudem feracis prædicemus hortuli.
Hortus salubres præbet corpori cibos:
Varioscq; cultus sæpe cultori refert.
Holus suaue:multiplex herbæ genus:
Vuas nitentes:atq; fœtus arborum.
Non defit hortis & voluptas maxima:
Multisq; cōmixta modis iucunditas.
Atq; strepentis vitreus ambit liquor.
Sulcoq; ductus irrigat riuus sata:
Flores nitescunt discolore gramine
Pinguntq; terras gemmeis honoribus.
Apes susurro murmurant gratæ leni.
Cum summa florum vel nouos rores legūt.
Fœcunda vitis coniuges vlmos grauat
Textas ue inumbrat pampinus barūdines.
Opaca præbent arbores vmbracula:
Prohibentq; densis feruidum solem comis.
Aues canoros garrulæ fundunt sonos.
Et semper aures cantibus mulcent suis.
Oblectat hortus:auocat:pascit:tenet:
Animoq; mœsto demit langores graues.
Membris vigorem reddit:& visus capit.
Refert labori pleniorem gratiam.
Tribuit colenti multiforme gaudiū.

De Vino & Venere.

Nec veneris:nec tu vini capiaris amore:
Vno nāq; modo vina venusq; nocent.
Vt venus eneruat vires:sic copia vini:
Et tentat gressus:debilitantq; pedes.
Multos cæcus amor cogit secreta fateri:
Arcanum demens detegit ebrietas.
Bellum sæpe petit ferus exitiale cupido:
Sæpe manu:itidem bacchus ad arma vocat.
Perdidit horrendo troiā venus improba bello:
Et lapithas bello perdis iacche graui.
Deniq; cum mentes hominū furiarit vterq;:
Et pudor:& pbitas:& mœtus omnis abest.
Compedibus venerem vinclis cōstringe lyeū
Nec te muneribus lædat vterq; suis.
Vina sitim sedant:natis venus alma creandis:
Serua fines horum:transiluisse nocet.

De liuore.

Liuor tabificum malis venenum
Intactis vorat ossibus medullas.
Et totum bibit arbutus cruorem.
Quod quisq; furis inuidetq; sorti
Vt dedet sibi pœnas semperq; ipse est.
Testatur in gemitu graues dolores:
Suspirat gemit:incutitq; dentes:
Sudat frigidus intuens quod odit:
Effundit mala lingua virtus atrum.
Pallor terribilis genas colorat:
Infœlix macies renudat ossa
Non lux:non cibus est suauis illi.
Nec potus iuuat:at sapor lyæi:
Nec si pocula iupiter propinet.
Atq; hæc porrigat:& ministret hebe.
Aut tradat granymedes ipse nectar.
Non somnū capit:aut quiescit vnq̄
Torquet viscera carnifex cruentus.
Vesanos tacitos mouet furores.
Intentans animo faces erinnys.
Et talis titii quo vultur intus
Qui semper lacerat comesti mentem.
Viuit pectore sub dolente vulnus.
Quod chironia nec manus leuaret:
Nec phœbus:soboles ue clara phœbi.

De cantu syrenarum.

Syrenas varios cantus achelois proles:
Et solis:& miseros ore ciere modos.
Illarum voces:illarum musa mouebat:
Omnia quæ thimele carmina dulcis
Quod tuba:qđ lytui:qđ cornua rauca fuerunt
Quodq; foraminibus tibia mille sonat.
Quodq; leues calami suauis cantat & ædo:
Quod lyra:qđ citheræ:qđ moribūdus olor
Illector nautas dulci modulamine vocis:
Mergebat auide fluctibus ianis.
Sanguine sisipho generatus vectus vlyxes:
Et totos solida præstitit arte suos.
In leui cara sociorū callida circes:
Atq; suas victis præbuit ipse manus.
Transiluit scopulos & inhospita littora dassis:
Illi præcipites dissiluere freto.

Sic blanda

Sic blandas vocis notas: ac carmina vicit.
Sic tamē exitio monstra canore dedit.

Eiusdem.

Clarus inoffenso redibat lumine titan:
Lecti ficusq; dies erat omnibus æthere puro.
Vosq; simul iuuenes animis: & voce fauētes:
Concelebrate diem notis fœlicibus almum:
Prosper vt is semp redeat vaticq; quot annis
Asmenidæ referam alacres sua mantua vati.

De fortuna.

Fortuna potens: tantū
Iuris atrox quæ vendicas
Euertis quæ bonos: eligis improbos:
Nec seruare potes muneribus fidem.
Fortuna īmeritos auget bonoribus.
Fortuna innocuos claudibus afficit.
Iustos illa viros pauperie grauat.
Indignos eadem diuitiis beat.
Hæc aufert iuuenes: & retinet senes.
Iniusto arbitrio tempora diuidens.
Quod dignis admittit transfert ad impios:
Nec discrimen habet: rectaq; iudicat:
Incōstans fragilis perfida lubrica.
Nec quos clarificat ppetuo fouet.
Nec quos deserit perpetuo premit.

De orpheo.

Treicius quōdam vates
Fide creditur canora
Mouisse sensus trium fratrum:
Atq; omnes tenuisse vagos:
Et surda cantu concitasse saxa.
Suaui sono testudinis
Arbores secutæ vmbrā ferūt præbuisse vati:
Sed placidis hominū dictis
Fera corda mitigauit:
Doctaq; vitam voce temperauit.
Iusticiā docuit: cœtu quoq; cōgregauit vno:
Moresq; agrestes expoliauit orpheus.

De seipso.

Mellifluū quisquis romanū nescit bomer
Me legat: & lecto credat vtrūq; sibi.
Illius immensos miratur græcia campos:
At minor est nobis: sed bene cultus ager.
Non miles pastor curuus non defit arator:
Hæc grais cōstant singula: trina mihi.

De ætatibus animaliū.

Per binos decies q; nouem superexit in annos
Iusta senescentū quod & implet vita virorū
Hos nouies superat viuendo garula cornix:
Et quater egreditur cornicis sæcula ceruus:
Alipedem ceruum ter vicit coruus & illum
Multiplicat nouies phœnix reparabilis ales:
Quā nos ppetuo decies peruertimur æuo
Nympbæ bymadryades: qrū lōgissima vita ē
Hæc cobibet fines viuacia fata animantū.
Cætera secreta nouit deus arbiter æui.

De ludo.

Sperne ludum: versat mentes vesana libido.
Fraude carete graues: ignari credite doctis:
Lusuri nūmos: animos quoq; ponere debēt.
Irasci nemini victos placet optime frater.
Ludite secure quibus est æs semper in archa:

Si quis babet nūmos veniens exibit inanis
Lusori cupido semper grauis exitus instat.
Sancta probis pax est: irasci desine victus.
Nullus vbiq; potest fœlici ludere dextra.
Initio furiis ego sum tribus addita quarta.
Plecte truces animos: vt vere ludere possis.
Ponite mature bellum precor: iraq; cesset.

Monostica de erumnis Herculis.

Prima dionei tolerata erumna leonis:
Proxima lernæā ferro: & face cōtulit bydram:
Mox berymantheū vis tercia perculit aprū.
Aeripedis quarto tulit aurea cornua cerui.
Stymphalidas pepulit volucres discrīe qnto.
Threiciā sexto spoliauit amazona baltheo.
Septima in argeis stabulis impensa laboris.
Octauo expulso numerat adorea tauro.
In diomedis victoria noua quadrigis.
Gerione extincto decimā dat byberia palmā
Vndecimū mala hespidū distracta triūphum
Cerberus extremi suprema est meta laboris.

Argumēta duodecim librorū æneidos

Aeolus imittit ventos iunone precante:
Troianosq; vagos libycas expellit in oras.
Solaturq; venerem dictis pater ipse dolentē.
Aeneam recipit pulchra tarthagine dido:
Cui venus ascanii sub imagine mittit amorē.

Secundi.

Cogitur æneas bellorum exponere causas:
Graiorumq; dolos: & equū: fraudēq; sinonis
Excisamq; vrbem: priamiq; miserrima fata.
Vtq; patrē impositū forti ceruice p ignes
Extulerit: claramq; amiserit ipse creusam.

Tercii.

Post casum troiæ fabricata dasles superstes:
Vela dat æneas: vrbemq; in littore thraces
Mox aliam pulsus creteis condidit oris.
Cedit & binc: belenūq; videt: pceptaq; sumit
Aetnæum cyclopa fuit: sepelitq; parentem

Quarti.

Ardet amore graui dido soror anna suadet
Nubere: iūgunt nimbo cogente sub antro.
Incusat precibus patrem cotemptus biarbas:
Nauigat æneas iussu iouis: illa dolore
Impatiens: & amore necē sibi ptinus infert.

Quinti.

In siculas iterum terras fortuna reducit
Aeneam: tumuloq; patris psoluit bonorem.
Tum cogit naues incendere troadas iris.
Troes ibi linquūt socios: venus anxia placat
Neptūnū: somnus palynurū mergit i vndas.

Sexti.

Sacratam pbœbo cumarum fertur in vrbem
Rex phrygius: vatisq; petit respōsa sibyllæ.
Misenum sepelit: post bæc adit infera regna
Congressusq; patri discit genus omne suorū
Quoq; modo casus valeat superare futuros.

Septimi.

Tandem deueniūt laurentia troes in arua.
Et pace accepta læti noua mœnia condunt.
Nocte satam iuno furiam vocat: illa latinos
Inter: & æneidas bellum serit: & ciet arma.
Protinus auxiliis terra instruit itala turmas.

Octaui.

Vidit vt æneas ſumma vi bella parari:
Arcadas euandrūq; ſenem ſibi fœdere iūgit:
Dardanioq; duci ſociatur betruria tota.
Arma petit genitrix: dat mulciber: ī clypeoq;
Res pingit latias: & fortia facta nepotum.

Noni.

Ad turnum propere iunoni mittit͞ iris:
Infeſtatq; animos: acie͞ mouet ille phrygasq;
Obſidet inde igni euerſa eſt æneia claſſis.
Euryalus: niſuſq; ruunt: nece prælia noctis.
Vt turnus potitur caſtris: impellitur inde.

Decimi.

Placat & vxorem dictis & iurgia natæ
Iupiter auxiliis inſtructus troius heros:
Aduenit: occurrūt pplī: atq; i littore pugnāt.
Occidit: a turno palas: victorq; ſuperbus
Aeneæ eripitur: mezentius interit acer.

Vndecimi.

Occiſis proprium pars vtraq; reddit bonorem
Supplicibus calydone ſat⁹ negat arma latinis
Cum turno alterno iurgat certamine drāces
Aeneas equitem præmittit: & obuia virgo
Excipit: extincta rutuli dant terga camilla.

Duodecimi.

Troianis rutuliſq; placet cōiungere fœdus.
Id rutuli rumpunt: nato venus alma medet͞
Dictamo: rutuliq; ruunt periuria victi.
Cogitur æneæ dauni cōcurrere proles.
Palantea necem miſero dant cingula turno.

P. V. Maronis de muſarū inuentis.

Clio geſta canens tranſactis tempora reddit.
Mel pomene tragico ꝓclamat mœſta boatu.
Comica laſiuo gaudet ſermone thalia.
Dulciloquis calamos euterpe flatibus vrget
Terpſicore affect⁹ citharis mouet: ipat auget
Plectra gerēs eratho ſaltat pede: carie vultu:
Carmina calliope libris heroica mandat.
Vrania poli motus ſcrutat͞: & aſtra.
Signat cūcta manu: loqturq; polymnia geſtu
Metis apollineæ vis baſ mouet vndiq; muſas
In medio reſidēs cōplectit͞ omnia phœbus.
Clio biſtorias iuenit: mel pomene tragœdias
Talia comœdias. euterpe tibias. terpſicore
Pſalteriū. eratho geometriā. calliope litteras.
Vrania aſtrologiā. polynia rhetoricam.

Epitaphia virorum illuſtriū.

Palladius.

Conditus hic ego ſum: cuius mō ruſtica muſa
Per ſiluas: parvus venit ad arma virum.

Aſclepiades.

Tityron ac ſegetes cecini maro: & arma virūq;
Mantua me genuit: parthenope ſepelit.

Euſebius.

Virgilius iacet hic: qui paſcua verſibus edit:
Et ruris cultus: & phrygies arma viri.

Pompelianus.

Qui pecudes: qui rura canit: qui prœlia vates:
In calabris moriens hac requieuit humo.

Maximianus.

Carminibus pecudes: & rus: & bella canendo:
Nomen inextinctū virgilius meruit.

Vitalis.

Mantua mi patria eſt: nomē maro: carmia ſiluæ
Ruraq; cum bellis: parthenope tumulus.

Baſilius.

Qui ſiluas: & agros: qui prœlia verſibus ornat
Mole ſub hac ſitus eſt ecce poeta maro.

Aſmodianus.

Paſtores: vaſtes ego ſum: cui rura: duceſq;
Carmina ſunt: hic me preſſit acerba quies.

Vouianus.

A ſiluis ad agros: ab agris ad prœlia venit.
Muſa maronis adeſt nobilis ingenio.

Eugenius.

Bucolica expreſſi: & ruris præcepta colendi:
Mox cecini pugnas: mortuus hic habito

Iulianus.

Hic data virgilio requies: qui carmine dulci
Et pana: ſegetes: & fera bella canit.

Hilaſius.

Paſtores cecini: docui qui cultus in agris:
Prœlia deſcripſi: contegor hoc tumulo.

Aliud.

Subduxit morti viuax pictura marorem:
Et quem parca tulit: reddit imago virum.

Aliud.

Lucis damna nihil tanto nocuere poetæ
Quem preſentat bonos carminis: & plutei.

Virgilius.

Mantua me genuit: calabri rapuere: tenet nunc
Parthenope: cecini paſcua: rura: duces.
Triſtia fata tui dum fles in daphnide flacci
Docte maro fratrē diis īmortalibus æquas.
Paſtor arator eques: paui colui ſuperaui:
Capras rus boſtes fronde ligone manu.
Iupiter in cœlis: cæſar regit omnia terris.
Tarpeio quōdam conſedit culmine cornix
Eſt bene non potui dicere: dixit erit
Littera rem geſtā loquit͞: res ipſa medullam
Verbi quā viuax mens videt: intus habet.
Sus iuuenis ſerpens caſu venere ſub imo
Sus iacet extinctus: ſerpēs pede: ille veneno.
Anguis: aper iuuenis pereūt i muliere morſu
Hic fremit: ille gemit: ſibilat hic moriens.
Sus: ſerpens iuuenis pariter periere viciſſim.
Dēte perit iuuenis: ſerpēs pede porc⁹ ab ictu.

P. V. Maronis de ſpeculo.

Eddit͞ effigies: liquidaq; tuentis in vnda:
Qualis in aduerſo ſpeculo cernit͞ orbe.
Formā puram refert oculis ſpectantibus vnda.
Quales obiecti ſpeculi fulgore vident͞:
Fontis aquæ redeūt ſimulacra imitantia verū:
Qualia leue refert ſpeculi cū cernimus æquor:
Exprimit oppoſitas in mollibus vnda figuras:
Leuati quales ſpeculi victor ipſe remittit.
Apparet mendax in limi fonte figura.
Qualem reiectat ſpeculi nitidiſſimus orbis:
Vnda quieta refert alto de gurgite formas:
Ac veluti ſpeculū nitido ſplendore coruſcans
Spectātis faciem mūdiſſimus aſſimulat fons:
Sicut in oppoſito ſpeculi ſolet æquore cerni
Forma repercuſſus liquidarū fingit aquarū.
Qualis purifico ſpeculorū ex orbe reducit.
Fontibus in liquidis: ſimplex generat͞ imago.

Vt ſolet

Vt ſolet a ſpeculo facies reſplendente referri.
Effigies liquido reſpondet ab æquore fontis.
Qualis & a ſpeculo ſimulatrix vnda reſultat:
Effringit ſpecies puriſſimus odor aquarum:
Palma velut ſpeculi viuas imitantia formas
Fonte repulſaꝫ depicta tuentis imago:
Ceu leui in ſpeculo ſolet apparere figura.

Mira Virgilii verſus expientia.

Qua ratis egit iter iũcto boue plauſtra trabunt
Poſtq̃ triſtis byems frigora iunxit aquas.
Suſtinet vnda rotam patulæ modo puia puppi:
Vt concreta geiu marmoris inſtar habet.
Quas mo plauſtra pmit vndas:ratis añ ſecabar
Poſtq̃ brumali diriguere gelu.
Vnda rotam patitur:celerẽ nunc paſſa carinam.
In glaciem ſolidam verſus vt amnis abit.
Quæ ſolita eſt ferre vnda rates: fit puia plauſtris
Vt ſtetit in glaciem marmore verſa nouo
Semita fit plauſtro:q̃ puppis aduecta cucurrit
Poſtq̃ frigoribus bruma coegit aquas.
Orbita ſignat iter:modo qua cuius alueus exit;
Stringit aquas tenues vt glacialis byems.
Omnis iter plauſtro dat q dedit ante carinæ
Diruit vt ventis vnda fit apta rotis.
Plauſtra boues ducũt: qua remis acta carina eſt.
Poſtq̃ diriguit craſſus inane liquor.
Vnda capaxq̃ ratũ:plauſtris iter algida præbet:
Frigoribus ſæuis vt ſtetit amnis iners.
Plauſtra viã carpunt qua puppes ire ſolebant:
Cum frigidus boreas obſtupefecit aquas.

Mira Virgilii experientia.

Thaumantis proles varianti veſte figuras
Multicolor picto per nubila deuolat arcu:
Iris & inſigni decorat curuamine cœlũ:
Cum ſol ardentes radios in nubila fecit:
Cum colorifico nymbos fulgore repleuit:
Apparet varii radiis diſtincta coloris
Clara ſub æthereis fulget thaumantia proles
Nubibus:vt radiis pluuiũ ſol attigit bymbrẽ
Et picturato cœlum velamine cingit:
Diſcolor æthereis apparet nubibus iris:
Poſtq̃ flamiferi rapuerũt lumina ſolis:
Et cœlum variis miranda coloribus ornat
Vmbriferas nubes radiis vbi cõtigerit ſol
Luce ſub aduerſa varios iacit vnda colores:
Dicit hæc iris picto ſpectantibus arcu
Dum nubes radiis fulgentibus tetigit atris
Phœbus & aduerſo lumĩe reſplẽduit bymbri
Tunc iacit inſegnes p nubila denſa colores
Mirifico nubes ambit thaumante creata:
Quas cũ ex aduerſo tetigit rota fulgida ſolis
Tunc iris vario circũdat nubila cinctu
Nuncia iunonis vario decorata colore
Aethera nubificũ complectit orbe decoro
Cum phœbus radios in nubem iecit aquoſã:
Nubila cum phœbus pfudit lumine claro:
Tũc fit vt humor aquæ ſuffulgeat: atq̃ color
Sub varia ſpecie iaciat mirabilis arcbus.
Tũ radiis bymbres: & aquæ pẽdul⁹ bumor
Frangit:exiſtit quã græcia nominat iris
Multorũ inſignis vario ſplendore colorũ
Iris habet varios ſubiecta luce colores:
Quã ſol bymbriferũ fulgens de luce creauit
Cum pepulit radiis obſtatia nubila claris:
Luce repentina tum ſol impleuit aquoſus
Aduerſas nubes:effulget protinus iris
Picta veſte decens:& multi coloribus alis

De quattuor temporibus anni.

Vterq̃ nouum ſtabat cinctũ florente corona.
Stabat nuda æſtas:& ſpicea ſerta gerebat.
Stabat & autũnus calcatis ſordibus vuis.
Et glacialis byems canos byrſuta capillos.
Vere ſinum tellus aperit:floreſq̃ miniſtrat.
Tẽpore ſolis ager meſſis fert pinguis opimas
Fœcundos autũne lacus de vitibus imples.
Vis byems glacie currentis alligat vndas
Frigoribus pulſis nitidũ ver æthera mulcet.
Scindit agros æſtus phœbeis ignib⁹ ardens.
Autũno dat byems mixtũ vicina teporem.
Albentes hæc durat aquas: & flumina nectit
Ver pingit vario geminãtia prata colore.
Ignea veſtit agros culmis cærealibus æſtas:
Vitibus autũnus turgẽtes detrabit vuas.
Aſt frigore biberno quid⁹ niue:nubib⁹ æther
Vere venus gaudet floribus aurea ſertis.
Flaua ceres æſtatis habet ſua tempora regna.
Viniſero autũnus ſumma ẽ tibi bacche ptãs.
Imperiũ ſæuis byberno tempore ventis.
Vere grauis fundit tellus cũ floribus herbas
Frugiferas aruis fert æſtus torrida meſſes.
Pomifer autũnus tenero dat palmite fructũ.
Mox byems bybernis albeſcit opta pruinis
Vere nouo letis decorant floribus arua:
Et riget æſtiuis byrſutus campus ariſtis.
Labra per autũnum muſto ſpumãtia feruent
Et ponũt frondes byemali frigore ſiluæ.
Ver placidũ vario nectit de flore coronas.
Spicea ſerta gerit calidiſſima ſolibus æſtas.
Tẽporaq̃ autũno cingũt tua bacche racemis
Triſtis byems mõtes niueo velamine veſtit.
Ver agrum nitidũ gẽmis ſtellantibus ornat.
Et feruens æſtas pinguiſſima frugibus arua.
Mox autũnali redolet vindemia fœtu.
Frõde nem⁹ male nudat byẽs:ãneſq̃ rigeſcũt
Purpureos flores bumus effert vere comãti
Et cereris donis borreſcũt arua per æſtũ.
Bacche tuo tẽpus fluit autũno liquores:
Obtegit tellus per frigora veſte niuali.
Vere tepet picto zephyris ſpirãtibus aer.
Decreſcũt celeres æſtiuis ignibus amnes
Temperies autũne fluit tua nectare dulci;
Perq̃ byemẽ let⁹ cœlo niuis aduolat bymber
Veris bonos tepidi floret: virẽt omnia ridẽt.
Arua ſub æſtiuis vnda torrentia labris.
Vite coronatas autũnus degrauat vlmos:
Decutit ipſe rigor ſiluis byemalis bonorem.
Flore ſolum vario depingit odoriferũ ver.
Falciferamq̃ deam meſſes remorant in æſtu.
Dat muſto grauidas autũnus pomifer vuas
Scythonia gratialis byems niue cana ſeneſcit.

P.V.M. De ortu ſolis.

a Vrora oceanum croceo velamine fulgẽs
Liquerat:& biiugis vecta rubebat equis.
Luce polum nitida perfundit candidus orbis

Et clarum emicuit sol oriente iubar.
Rosida puniceo palantias exit amictu
Astrigerum inficiens luce oriente polum.
Sol insigne caput radiorum ardente corona
Promit ab æquoreis thetos ortus aquis.
Extulit oceano caput aureus igniferum sol:
Fugerunt toto protinus astra polo.
Concessere deo tenebræ rebusq; colores.
Lux iterum cūctis reddidit alma suis.
Titboni coniunx roseo sublumine iubar
Inficit:& cœlum lutea sydereum.
Cum sol igni feros currus e gurgite magno
Sustulit:& claris astra fugauit equis.
Nox abit astrifero velamine cincta micanti:
Et redigit stellas:exoriturq; dies.
Emicat oceano phœbi tota clara relicto.
Illustrata nitent lumine cuncta suo:
Aurea fulgebat roseis aurora capillis.
Et matutino rore madebat humus.
Tethos vnda vago cum prosilit æquore titan
Flamiferos vultus ore micante furens.
Exoritur phœbus pfundens luce nitenti
Et maria:& terras:stelliferūq; polum.
Astraq; cesserunt fulgentia crinibus aureis:
Et mox sydereas oculit atra faces.
Sol oriens cursusq; suos e gurgite tollens
Oceano:claro reddidit orbe diem.
Flamiferūq; iubar:terræq;:poloq; reduxit:
Et pepulit radiis astra repente suis.
Mēnonis vt genitrix infecerat humida cœlū:
Et roseis manibus sydera dispulerat.
Phœbus athlanteis e fluctibus aureus orbem.
Sustulit igniferum:luxq;:diesq; redit.
Præuia flamiferi cursus aurora rubebat:
Extuleratq; alto gurgite phœbus equos.
Noctiuagosq; simul radiis vagantibus ignes
Depulerat cœlo:reddideratq; dies.
Vix aurora suo rubefecerat æthera curru.
Summaq; canebat roribus herba nouis.
Prosilit e mediis cadens rota tethios vndis:
Et vaga cesserunt sydera solis equis:
Surgit ab oceano titbonis fulgida coniunx:
Et veste ab rosea subruit ipsa pedes.
Tum phœbus radiis nitidum fulgētibus orbē
Depellit e tenebris:noxq; peracta fuit.

P.V.M.De berculis laboribus.

c Ompressit nemeæ primū virtute leonē.
Extincta ē anguis q pululat bydra scdo.
Tercius euictus sus est erymātibius ingens.
Cornibus auratis ceruū necat ordine quarto.
Deiicit borrisono quinto stymphalidas arcu.
Abstulit bippolyti sexto sua vincula vitæ.
Septimus angei stabulum labor egerit vndis:
Octauo domuit magno luctamine taurum.
Tūc diomedis equos nono cum rege pempto.
Geryonem decimo triplici cum corpore vicit.
Vndecimo abstractus vidi noua cerberus astra.
Postremo besperidū victor:tulit aurea mala.

P.V.M.de littera y.

l Ittera pythagoræ discrimine secta bicorni
Humanæ vitæ speciem perferre videtur.
Nam via virtutis dextrū petit arduā callem.
Difficilemq; aditum primū spectantibus offert
Sed requiem præbet fessis in vertice summo.
Molle ostentat iter via lata:sed vltima meta
Præcipitat captos:voluitq; per ardua saxa
Quisquis em duros casus virtutis amore
Vicerit:ille sibi laudēq; decusq; parabit:
Atqui desidiam:luxūq; sequet inertem:
Dum fugit oppositos incauta mente labores.
Turpis inops simul miserabile transigit æneū.

P.V.M.de signis cælestibus.

p Rimus adest aries:taurusq; insigníb⁹ auro
Cornibus:& frēs:& cancer aquatile signū
Tum leo terribilis veniens:atq; innuba virgo
Libra subit:caudaq; aial quod dirigit ictum:
Armatusq; arcu chiron:& corniger bircus
Fusor atq; simul:& fulgentis piscis in auro
Creditor est belles:& proditor cicropeus:
Et gemini iuuenes:& pressus ab hercule cancer
Horrendusq; leo sequit cum virgine sancta.
Libraq; lance pari:& violētus acumine caudæ.
Inde sagittiferi facies sæuis:& capricornus:
Et qui potat aquam puer vrniger:& duo pisces
Signorū princeps aries:& taurus:& vna
Tyndaridæ iuuenes:& feruida brachia cancri
Herculeusq; leo:nemeæ pauor armaq; virgo
Libra iugo æquali pendens:& scorpius acer:
Centaurusq; senex chiron & cornua capri:
Et iuuenis gestator aquæ:piscesq; supremi.
Corniger astrorꝫ ductor:taurusq; secūdus:
Tum sydus geminū:& cancri gemētis imago
Trūxq; leo:& virgo quæ spicea munera gestat:
Et libram quā cæsar habet:chelasq; minaces.
Atq; arcu pollens:& falsi gurgitis bircus:
Vrnaq; nymbiferi:piscisq; nouissima forma
Dux aries:& frons tauri metuenda minacis.
Et ledæ soboles:& cancri torridus ignis:
Terribilisq; leo:speciesq; virginis almæ
Momentūq; sequens cauda timendus adunca.
Hinc tendēs arcum:liquidi caper æquoris inde
Troianusq; puer geminiq; sub æthere pisces.
